cõtu.veritatis.in fi.ꝛ faciunt pro hoc que no. in ad-
ditione ſeq.que incipit ſʒ Oſti.in ſumma de ſen.ex.
com.ꝛ que ſit pena. ℣. Sed quid ſi dum aliqs eſſet
obligatus ſm Oſti. qui ita no. in ſua ſumma de pe.
ꝛ re.§.quibus ꝛ qualiter.quaſi ad fi. ℣. Quid de ijs
qui excõicati . Quod dicit de excõicatis non teneo.
Innno contra.q2 quod faciunt excõicati extra iudi-
cium ꝛ in tpalibus,tenet.extra de ſen.excom.ſolet.§.
fi lib.vj.ꝛ hec eſt ſententia Inno extra de conſue,cũ
dilectus.in gl.ſuſpenſus. ℣. Item dicunt.ꝛ de procu
ra.conſulti.gl.j.in fi.vbi tenet ꝙ excõicatus contra-
ctus peragere poteſt.ꝛ de do.ꝛ cõtu. veritatis. in gl.
excõ catus.ꝛ de excep.pia.li.vj.gl.in iudicio. vbi te-
net ꝙ emptiones ꝛ contractus ꝛ hmõi valent facta
per excõicatuʒ:ẽt ſi publice vel ſolẽniter ſit excõica-

Excõicati.

tus:⁊ facit qđ etiam ipſe no.e.t.exceptionem.⁊.c.venerabilis:⁊ de ſen.excō.ſi vere: in glo.hic colligitur. Pro hoc etiam facit qꝛ ſm Inno.excōicatus teſtari pōt:vt ipſe no.in pre.c.veritatis:⁊ de ſen.excō.cuz voluntate:in glo.optime facit per Inno.de here.excōicamus.§.credentes.ibi.ex tuuc.⁊ ibi.vt nec teſtādi liberam habeant facultatem:ergo ante annuz teſtari pōt:⁊ tñ eſt ibi excōicatus:no.Oſtien.contra in pre.c.pia.⁊ Bar.de vſur.quāquaz.li.vj:no. etiam de hoc per Archid.pre.c.pia. ⁊ per Ioan. an. extra de ſen.excō.decernimus.lib.vj. Uide ēt hoc qđ no.xv.q.vj.nos ſanctorum:in glo.ſed quid.

Que forma ſeruanda eſt in reſtitutione illicite ablatorum ſi per remiſſionem ſibi factum,eſt debitor plenarie liberatus. Cap.47.

SEd que forma ſeruāda eſt in reſtitutione illicite acqſitoꝝ? Hec, vt ſemper primo ſatiſfaciat ſpoliatis:vel damnū paſſis:vel eoꝝ heredibus regulariter ſi inueniri poſſunt.iij.q.j.redintegranda: ex̄ de reſtitu.ſpo.per totum.de vſur. cuz tu.de homi.ſicut dignum.Et intelligas ſatiſfactum ex quo ex corde remiſerunt:qualitercunqꝫ ſatiſfactum fuerit:etiā ſi donauit is cui erat reſtitutio facienda: licet aliqui contradicant duz tñ ſit perſona que donare poſſit.que donatio ex quo perfecta eſt poſtea ex penitentia non reuocatᷣ:ex̄ de dona.c.vlt.legitᷣ ⁊ no. Dicunt tñ theologi quidam ꝙ ſi fenerator partem pecunie fenoris reſtituat ei a quo habuit:vel heredi ſuo:⁊ de voluntate eiuſdem partem retineat:ꝙ non eſt liberatꝰ niſi totū offerat. Sed tu dic ꝙ ſi ex pacto ſit liberatus non eſt.c.ex̄ de ſimo.veniens.Si vero aūt vſurarius vel raptor partez liberaliter ⁊ ſine pacto ſoluat ⁊ offerat:⁊ de alia parte miām petat : ⁊ debitor liberaliter dimittat:liberatus eſt creditor: nec tenetur vlterius ad reſtitutionem: ſicut nec teneretᷣ ſi gratis recepiſſet gratis oblatū:extra de ſimo.dilectus filius.A.in ſi.⁊.c.tua nos duxit.xviij.diſt.de eulogijs:ſm Gof Hic tñ bonus iudex ex certis cōiecturis motum ſui animi informabit. Nam ſi debitor eſt pauper ⁊ inops,⁊ vſurarius diues ⁊ potens: vel raptor non preſumo ꝙ debitor ipſum vſurariuz ex corde liberet:ſed hoc facit qꝛ vltra recuperare nō pōt:⁊ vt illud tantillum qđ offert, recuperet: ⁊ non ammittat. Si vero debitor ſit diues ⁊ potens:qui conſueuit mimis ⁊ ioculatoribus tantundē de ſuo vel plus frequenter donare:preſumi pōt ꝙ ex corde hoc faciat. Item ſi aliqua honeſta perſona puta epſ vel ſacerdos hoc tractet, ⁊ dicat debitori, Tantum faciā tibi reddi ſi ex corde aliud dimittis:nō decipias me qꝛ mediator ſum:nec creditorez cuius anime ſalutem quero:⁊ debitor:rñdeat ſe ex toto corde liberare creditorem:quare non dicā ipſum liberatum non video. Nec.n.curo qualitercunqꝫ ſatiſfactum ſit dūmodo ſit ſatiſfactum.ff. de pigno.actio.ſi rem alienā §.oīs.ff.de verb.ſign.ſatiſdationis. ff.qui ſatiſda.co.l.j.ff.de iureiur.non erit.rñ.j.⁊.l.remittit.⁊.c.ex̄ de re iudi.qđ ad ꝯſultationem: de iureiu.c.ſi.c.veniens.c.quintauallis:de tranſac.c.ſi.C.ſiquis aliquem teſta.prohibu.l.ſi.de pe.⁊ re.deus qui.⁊.c.oīs.de iniurijs.in noſtra:in ſi. Siqui moueantᷣ in contrarium : hoc faciet odium vſurarum. Quid.n.ſiquis ex alia cauſa alij iniurietᷣ? ⁊ quidez hoc admittit quilibet theologus:ꝙ concordia poſſit tractari,⁊ pars eius quod debetᷣ ex pacto remitti.al's titulus de tranſactionibꝰ eſſet inutilis:⁊ quare non idem in vſura ⁊ rapina? certe qui nimis emungit,elicit ſanguinē. Prouerb.xxx.iiij.di.deniqꝫ.⁊ de renun.niſi cum pridez.§.propter malitiam:in ſi. Nec hoc ſcribo in fauorez vſurarioꝝ:qꝛ nec eis adſtrictus ſum,ſed nolo a veritate rationabili recedere:vt quibuſdam theologis fauea ⁊ in deſperantiam inducam hoīes,ac parem laqueū animabꝰ:ad hec.xxvij.q.j.de viduis. ij. Dicendum eſt ergo ⁊ tenendum ꝙ precibus poſſit vel iuſſu iudicis ſine pactione partium remiſſio fieri.⁊ ſic dicaz talem rem raptorē vel vſurarium abſolutuz vt.ff.de his qui no.inſa.furti.§.pactus:⁊ ſe.⁊ extra de prebē.niſi eſſent.§.qꝛ igitᷣ hec ordinatio: ſm Oſtien. q ita no.in ſumma de vſur.§.que pena.verſi.quid ſi fenerator:cum ſeq.verſi. Hanc etiaz ſententiaz tenet Io.an.extra de reg.iur.peccatum.in glo.qđ dicit. lib.vj.per.l.ff.quibus mo.pig.vel hypo.ſoluitᷣ.l. Item liberatᷣ.in prin.ff.de accuſa.ſi rem.§.Qui ſatiſfactuz.Archidiaconus vero dñs meus ⁊ Dinus ibidem tenent ꝙ ſi res erat reſtititutioni parata:⁊ tunc ſiet remiſſio:perinde habetᷣ ac ſi res reſtituta eſſet,⁊ valet remiſſio.⁊ ac ſi reſtituta eſſet:liberatus eſt ille cui remiſſio facta eſt.c.ff.de dona.inter viruz ⁊ vxo.l.iij.§.Sz ſi debitorē:⁊.§.vl.⁊.ff.de iure do.l.iur ab eo.⁊.ff.ſi certū pe.l.ſingularia:circa ſi.⁊.ff.de ſolutio.l.pecuniam.⁊.ff.de rei vendi.ſi res:al's ſi non eſſet res reſtitutioni parata:non vr̄ valere remiſſio:nec ſpoliatus vel ille cui facienda eſt reſtitutio eſt in integrum reſtitutus:qꝛ reſtituere eſt rem in primo ſtatu reponere.ff.de vſur.l.videamus.§.in fauiana.⁊. ff. ne quid in loco publico.l.ij.§.vt reſtituas in quid.⁊.ff.de verbo.ſig.cuz pretor.⁊.l.plus eſt in reſtitutione.⁊.l.reſtituere:quia aliud eſt reſtituere,⁊ aliud remittere:vt.l.pre. Pro prima parte op.faciunt.ff. de rei ven.l. iiij.§.ſoluiſſe.⁊.l.intra dies.Et qꝛ ſatiſfactum accipimꝰ per eundem modū quem creditor acceptauerit. ff.de pigno.actio.l.ſi rem.§.ſatiſfactum aūt:⁊ quibus mo.pig.vel hypo.l.j.§.item liberatᷣ:in prin. Et qđ no.p Bar.extra de vſu.qꝛ fruſtra.glo.ij. Iſta opinio benignior eſt:ſed dñi mei tutior:qꝛ raro remiſſio voluntaria ⁊ libera eſt:qꝛ nemo pecuniā ſuam de facili iactare preſumitᷣ.ff.de proba.cum de indebito.j. reſpō.extra de renun.ſuper hoc. Sunt aūt quidam caſus ſpecificati in iure:vbi remiſſio prohibita eſt : ⁊ tunc non valet:extra de reſcrip.ſtatutum.§. penul.in ſi.li.vj.de cenſi.exigit:ad ſi.li.vj. Sed quid vbi nullius intereſt.tñ al's aliquid illicite acquiſitum eſt:ita ꝙ ſine peccato retineri non pōt : ſicut de ijs in quibus contrahunt excōicati:ſm opinionem Oſtien.⁊.s.in §.prece.in ſi.⁊ in additione dixi:⁊ in officialibꝰ grauantibꝰ.⁊ de vbi alicuius intereſt:tñ neſcitur res gs vel vbi ſit heres eius:eſt totū pauperibus erogandū vt expreſſum eſt extra de vſur.cum tu.vel etiam ſibi ſi egeat per epm qui hz hoc facere relinquenduz.extra de Iudeis:cum: cum ſit. ⁊ debent poni talia in pias cauſas,⁊ maxime in alimoniam pauperuz:vel redemptionem captiuoꝝ.ca.extra de pig.ca.j.x.q.ij.hoc ius:⁊ precipue in villa:vel ſi villa neſcitur:in dioceſi vbi talia commiſſa : authoritate dioceſani. cap.lxxxviij.diſt.epſ gubernationez.x. q.j.regenda. ⁊.c.ſeq.xij.q.vij.quatuor.⁊.c.ſeq.vj.q.iij.placuit.iij.q.vj.c.j.extra de penis.c.ij.de ſucceſ.ab inteſta.ca.ſi.pre.c.cum ſit de rap.c.j.de teſta. Ioannes.⁊.c.tua.⁊.c.nos

quidem

quidem:⁊ in auten.de eccleſiaſti.titu.§.ſi aũt redem
ptione.coll.ix.C.cõia de ſucceſſ.in.l.frederici:que in-
cipit oẽs peregrinos.§.j.C.de epiſ.⁊ cler.nulli licen.
ff.ad municipia:qui ex victo. Sed ⁊ aliquoties red
dit pecunia illi:qui eam illicite dedit:vt ex̃ de ſimo.
veniens. Quid ſi is qui tenet reſtituere factus eſt
non ſoluendo. Poteſt diſtingui: vtrum nihil oĩno
poſſit reddere:vel poſſit aliquid:ſed non totũ:vel nõ
poteſt commode.ſ.abſqꝫ periculo ſuſtentationis ſue
necnon vxoris ⁊ familie. Rñdeo vbi nihil omnino
poteſt reddere,ſufficit ꝯtritio ⁊ confeſſio ⁊ propoſi-
tum qñ commode poterit.xiiij.q.vj.ſi res:ex̃ de ſolu
tio.Odardus. Quod verũ eſt ſi nota eſt paupertas:
extra de vſu.cum tu.§.penul. Talis.n.nec excõicari
debet:vt dicit.c.Odardus:nec alia pena mulctari:
vt dicit.c.cum tu.Sed qualiter intelligis ꝙ ſit nota
paupertas? Et quidem qñ cedit bonis. Ideoqꝫ tali
dꝫ ſacerdos cõſulere ſi de paupertate dubitat,ꝙ ce-
dat bonis.vt pre.c.Odardus.Sed nunquid ſufficit
hec ceſſio,ita ꝙ nulla ſit alia penitentia iniungẽda?
Non qꝛ nec ſolutio vel ſatiſfactio facta etiam plena
rie ſufficeret:vt no.ſ.e.§.proxi.verſi.Quid ſi raptor
Nam licet ceſſio ſeu ſolutio quo ad ſatiſfactionem
leſionis ſeu iniurie proximi ſufficiat: adhuc tñ non
eſt eccleſie ſatiſfactum nec deo ſicut al's dꝛ ex̃ de ſen.
excõ.cum deſideres.§.ſi.g. Iudex eccleſiaſticus ⁊
Chriſti vicarius. pro iniuria in leſione proxi. facta
deo qui precepit non furtum faciendum. Exo.xx.
Deuter.v.⁊ xxij.q.iiij.meretrices:in quo oĩs iniuſta
⁊ illicita alieni occupatio ſiue acquiſitio prohibetur
vt ibi.⁊.xiiij.q.v.penale:qui etiam dixit Matthei.
xxij.⁊.Mar.xij.Luce.x.Leuiti.xix.Diliges proxi-
mum tuum ſicut teipſum:de peni.diſt.ij.charitas.j.
pro tranſgreſſione diuini precepti predicti imponet
penitentiam ſalutarem:⁊ ſic eccleſie ſponſe Chriſti
cuius authoritate hoc ſit,⁊ ſponſo ſuo Chriſto ſimi
liter ſatiſfaciet.Et in hoc ſepe offendunt plurimi ſa-
cerdotes:qui credentes ſufficere ſatiſfactionẽ:nihil
aliud imponunt pro peccato commiſſo in contra-
ctione rei aliene,ſed ſimpliciter abſoluunt. In hoc
etiã ſepe delinquunt multi peccatores: qui credunt
ſibi ſufficere ꝙ ſatiſfaciunt:nec tranſgreſſionẽ quam
fecerunt:poſtea ꝯfitent.Sed certe ex quo quis ſemel
hoc peccatum cõmiſit:quantacunqꝫ penitentia du-
cat ⁊ non confiteat (hoc contẽnens intelligas)in-
nocens eſſe non deſinit: ſicut alias dicit.l.ff.de re-
dh.bi.ac.quis ſit fugitiuus.ff.de fur.qui ea mente.ff.
vi.bo.rap.non prodeſſe. Si uero non eſt ſoluendo
oĩno ſiue ſimplicieer:puta qꝛ põt in partem ſatiſface
re:ſed non põt cõmode:tunc ſacerdos dꝫ talem in-
ducere ad contritionem ⁊ veram penitentiam per-
agendã:hoc modo dicat ei. Fili quid vis eligere de
his duobus:vel reſtituere id quod potes: ⁊ penas
gehẽnas euadere:⁊ cum deo eternaliter gloriari:vel
non reſtituere:ſed retinere:⁊ in perpetuum cũ diabo
lo tormentis intolerabilibus cruciari? Si dicat ꝙ
eligit tormenta:inducat ad contritionẽ.ſi nullo mo
do põt induci apparet ꝙ ei non põt dari penitentia
ſalutifera:nec abſolutio fieri ſed ꝯſiliũ tñ:ex̃ de pen.
ꝙ quidã,Sinautẽ ex principio vel ex poſt facto per
inductionem diſcreti ſacerdotis eligit penitentiam,
⁊ conteritur de peccato:tunc dicat ei ſacerdos ꝙ e-
mendet ſtatim vel intra certum tp̃s quicquid põt
commode emendare:⁊ de reliquo petat veniam hu
militer ⁊ deuote:ſi põt ipſam inuenire.bene eſt ſi nõ
põt:tunc cum voluntate illius cui dꝫ ſatiſfieri paula

Quid ſi quis ſoluendo nõ ſit.

tim ſingulis annis vel menſibus vel alijs tẽporibꝰ
emendet qꝺ poterit:vel cõponat vel ꝯueniat amica
biliter cũ ipſo leſo vel ſpoliato: ⁊ de ſuis reditibus
moderate ita ꝙ vita ſibi remaneat quoſqꝫ plenarie
fuerit ſatiſfactum aſſignando,vel ſeruiat ei pro reſi-
duo vel parte eius:legit ⁊ no.extra de iude.c.j.gl.iij.
Quid ſi plures ſunt ⁊ alij volunt dilationem conce
dere vel in totũ remittere,alij nolunt? Tunc debet
ei ſacerdos conſulere ꝙ vadat ad iudicẽ contentio-
ſum: qui in iſta diſcrepatione ſtabit maioris partis
indicio.Et intelligit maior pars:primo reſpectu cu
muli debitorꝝ: non perſonarꝝ. Quod ſi oĩa equalia
ſint: erit humanior ſententia:ideſt eorꝝ qui in dila-
tione danda ꝯſentiunt preferenda.c.eorꝝ que legunt
⁊ no.extra de proba.ex literis:in glo.ſicut.j. In quo
quidem non diſtinguit inter hypothecarios ⁊ chi-
rographarios creditores,nec ex dilatione ad preſcri
ptionem tp̃alem aliquod preiudicium creditoribus
generatur.C.qui bo.ce.poſſ.l.ſi.Quod ſi nullam põt
inuenire miſericordiã.tunc abſqꝫ dilatione tenet ſa
tiſfacere:vel bonis cedere:qꝛ talis peccator ſemper
eſt in mora.ff.de conditio.fur.in re fur.⁊.c.extra de ſi
mo.cum in eccleſie:⁊ legit ⁊ no.e.ti. Mattheus de
teſta.filius:maxime vbi leſi egent ⁊ fame pereunt.c.
de conſe.diſt.iiij.venerabilis.⁊.c.ſeq.⁊.c.ne quod ab
ſit.⁊ di.v.baptizati:ſemper.n. vitanda eſt mora vbi
timet periculum,vt ibi.⁊.xxviij.di. de Syracuſane:
⁊ de elec.cum inter vniuerſas.⁊.cap.ne pro defectu.
Sed quid ſi non immineat tale periculum:⁊ is qui
tenet non põt induci ad reſtitutionem ſtatim facien
dam:nec is cui dꝫ fieri reſtitutio ad dilationem ali-
quam concedendam? Puto ꝙ diſcretus ſacerdos
põt ſuam ꝯſcientiã informare ex eo ꝙ intendat ge
rere vtiliter negotiũ creditoris. Nam ſi videt ꝙ nõ
põt aliter recuperare in perpetuũ: vel non ita cito,
vel non ita commode:põt recepto iuramento ⁊ alia
ſufficienti cautione ſi habere poteſt dilationem cõn-
cedere ſub hac conditione, ſi hoc adimpleuerit in-
tra terminum conſtitutum, abſoluere peccatorem
vt ſic creditor: qꝺ ei debet recuperet: ⁊ peccator nõ
recedat a presbytero deſperatus:comprobant hec.ff.
de ne.ge.ſoluendo.ff.de minoribus: ait pretor.§.j.ff.
de pigno.actio.ſolutum.§.ſolutam.ff.de ſolutio. ſol-
uere.Sed pone ꝙ guerra fuit inter duos milites vel
principes vel duas ciuitates vel caſtra:⁊ hinc inde
iniuſta:multa etiã dãna hinc inde data ſunt poſtea
facta eſt pax inter ipſos,⁊ damna hinc inde data re-
miſſa:nunquid hec remiſſio extendit ad hoĩes ⁊ va
liditores vtriuſqꝫ? Non vꝫ niſi ⁊ de eorꝝ conſenſu ſit
facta.c.C.de tranſac.l.j.⁊.l.tranſactionis placitum.⁊
l.preſes.⁊.l.vbi pactum:extra de ma.⁊ obe.c.ſi.ff.de
tranſac.l.iij:⁊.l.qui cum tutoribꝰ.⁊.l.nulli.ff.de pac.
ſi vnus.§.pacta.verſi.⁊ in ſumm.⁊.l.ſi ꝯuenerit.vel
niſi forſan alr̃ non poſſit haberi pax: vbi quidẽ vti
liter partis geritur negotium vtriuſqꝫ:⁊ ſic poteſt in
telligi.ff de pac.conuentionem: alr̃ quõ poſſum re-
mittere ius hominis mei:quum nec poſſet ab eodẽ
tantundem extorquere ſine rapina? vt patet in ijs
que no.ſ.eo.in.§.proxi.verſi.quid de queſtis.Quid
de illis qui ſimul furtum committunt vel rapinam:
nunquid quilibet poteſt abſolui reſtituendo id qꝺ
ad eum peruenit.quum nec ad aliud induci poſſit?
vide qꝺ dixi.ſ.e.§.proximo.verſi.quid ſi neuter ra-
ptorꝝ:⁊ preceden.Sed nunquid ille qui nihil poteſt
reſtituere de alieno.rapina,vel vſura,vel cõcuſſione,
vel fraude tenet culpam ſuam dicere:⁊ veniã petere

ab illo cui damnũ intulit: Dico ꝙ ſic: ſi dãnificatus ſit qꝛ iniuriam ſibi fecit in rebus extra de iniurijs. ſi leſerit: ⁊ vt li. non conte. accedens. Debet.n. ſibi ſatiſfacere de eo qđ põt poſtq̃ non poteſt de rebus: de verbis: ſicut dicit dñs Matth.v. Uade reconciliari fratri tuo. Si predictam formam reſtitutionis q̃z poſuit contẽnat peccatoꝛ: nõ eſt ei ſecuritas promittenda: qꝛ non dimittitur peccatũ niſi reſtituat̃ ablatum. xiiij.q.vj. ſi res. Ideo ↄſiderare dȝ talis verba Aug. dicentis. Nihil vilius vel miſerabilius: quam ꝓꝓ numinuȝ, deũ ↄtẽnere. Nihil.n. prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucret̃ ⁊c. Matth. xvj. Luce. ix. extra de ſimo. Mattheus. in fi. Faciet ergo poſſe ſuum dum viuit: dũ ſanus eſt, ⁊ tutus recedit ⁊ ſecurus. xxij.q.ij. faciat: de peni. di. vij.c.j.⁊.ij. Hec aũt in ſumma notent ⁊ retineãt ſacerdotes: ꝙ ſm ꝙ maioꝛ vel minoꝛ fuit fraus vel dolus vel violentia: minoꝛ vel maioꝛ dȝ eſſe diſcretio iudicantis: ⁊ vbi maioꝛ apparet cõtritio: maioꝛ eſt venia vel remiſſio miſericoꝛditer facienda: de peni. di.j. menſuram. Sed ẽt qꝛ quaſi totus mundus vel fere, libenter occupat alienũ: ⁊ difficulter reſtituit: vnde hoc vitio quaſi totus eſt irretitus: qꝛ a maioꝛe ⁊ minoꝛem oẽs auaritie ſtudent: ⁊ oẽs ſequunt̃ retributiones. Eſa.j. Hie. vj.⁊.viij. ſic dȝ ſacerdos equitatẽ rationabilẽ ſeruãs per mediũ currere. ne ſe veritate vel remiſſione nimia aliquos ſibi ↄfitentes deſperatos vel nimis ſecuros relinquat: ⁊ ſic perire faciat quos ad rectam viam ab inuio diſcreta equitas poterit reuocare: extra de tranſac.c.vlti. Inſtruant etiaȝ raptoꝛes ⁊ oẽs iniuriatoꝛes ac eoꝝ cõplices medici animarũ ⁊ ſpirituales iudices: vt ſuper ijs quos offendunt humiliter veniã poſtulent: ne illi remaneant in rancoꝛe: ſȝ ⁊ potius hinc ⁊ inde ſic ex toto coꝛde non ficto: ſed vero. Matth. xviij.⁊.vj. xxiij.q.iiij. ſi illic: ſibi ad inuicem rem tentant omnia: vt a patre celeſti pctõꝛuȝ ſuoꝝ remiſſionẽ plenariã valeant obtinere. iuxta id. Remittite ⁊ remittetur vobis. Luce.vj.

Repertoꝛium ſuper reſtitutione.

Circa hoc etiam ſciendum eſt ꝙ vbi reſtitutionis locus eſt: non ſufficit cautionem dari: niſi impoſſibilitas ſit in cauſa: ſuper quos vide qđ legit̃ ⁊ no. extra de of. oꝛdi. preſenti. li.vj. in gl. Jo. an. que incipit, ⁊ ſic. ⁊ no. extra de vſur. qꝛ fruſtra. glo.ij. Item notãdum ꝙ reſtitutio reruȝ in foꝛo contentioſo qñq; ſit in ſimpluȝ: ⁊ hoc ſufficit in foꝛo penitentie. xiiij.q.v. non ſane: qñq; in duplum lxxxix. di. decenter. xij.q.ij. in legibus: qñq; in quadraplum. e.q. cuȝ deuotiſſimã. Qñq; in. ix. partibus. xlvij.q.iiij. quiſquis (al's eſt. c. ſiquis domuȝ) Qñq; in vndecuplum. xij.q.ij. in legibus. Item per iniquã ſententiã ſpoliatus dȝ reſtitui: extra de pꝛocura. ex inſinuatione. Et predo. eſt reſtituendus: extra de reſti. ſpo. in literis. iij.q.j.§. placet. Et reſtitutio dȝ fieri cum fructibus perceptis ⁊ qui percipi poterunt non ſolũ de amiſſis. extra de reſti. ſpo. conquerente. ⁊. ca. grauis. Item quuȝ res non põt reſtitui: in equalẽti dȝ fieri reſtitutio: ex̃ vt li. penul. eccleſia. Item res que ſubiacet reſtitutioni: non põta lienari. no. Inno. de elec. qꝛ propter. Iteȝ vere non penitet qui ablatum non reſtituit quũ põt vt ſepe dictũ ẽ. vt xiiij.q.vj. ſi res. xxiij.q.viij. peſſimã: de rap. c.ij. de pe. di.v. falſas. Qui rem alienam conſecrat: non rem ſed eſtimationem rei reſtituet. xiiij.q.vj. coperimus. Item eccleſia non dȝ rem ſuam recipere cum augmento. xij.q.ij. fraternitas. Item res ablate ipſi eccleſie ꝓꝓ delictũ prelati ipſi eccleſie ſunt reddende. xvj.q.vj. ſi epm̃. Item cõitas vel ciuitas tenet̃ cogere ciuem ad reddendum aliena. xxiij.q.ij. domus. Item nõ habens vñ reddat, non tenet̃ in foꝛo penitentie: ſed vbi tenebat̃ de maleficio alias in foꝛo contentioſo coꝛpoꝛaliter caſtigat̃. xiiij.q.vj.ca.j. Et poſtea non reddet: etſi ad foꝛtunam pinguioꝛeȝ peruenerit. no. ex̃ de homi. ſicut dignum. glo. al's inanis. ⁊ Jo. an. ex̃ de reg. iur. peccatũ. lib.vj. Jo. contra no. in hoc. c. in glo. ergo adhuc: ſed ſto cuȝ premiſſis ꝓꝓ rationem q̃z ponit Ber. in pre. glo. Et particeps eſt criminis qui fouet aliena non reddentẽ: ibidem. Iteȝ accipientes repꝛeſſalia, ad reſtitutionẽ tenent̃: ⁊ ſi contra clericos fiant: excõicationem incurrunt: ex̃ de iniurijs, ⁊ ſi pignoꝛationes. lib.vj. An de dãno dato per ſeruuȝ teneat̃ dñs: ex̃ de obli. ad rati. c.j. per Inno. An dans dãni occaſioneȝ damnum videat̃ dediſſe. Et damnum qđ ex culpa ſua procedit, ſibi debeat imputari. Et an in eadem ſit pena dans occaſionem damni qua faciens: ex̃ de iniurijs. c. fi. ↄ teſti. ſicut. de conceſ. pre. qꝛ de homi. de cetero. vj. diſt. c.j. l. di. ſtudeat. c. ſepe. c. clericum. Ad hec ſciendum ꝙ furti nomine pꝛobitita eſt in decalogo oĩs illicita alienie rei vſurpatio. xiiij.q.v. penale. xxxij.q.iiij. meretrices: ⁊ ideo quicunq; contrectatrem alienam inuito domino furtum committit: ⁊ ad reſtitutionem tenetur. legitur: ⁊ no. extra de electio. dudum.ij. Unde ⁊ qui minime furat̃: ideſt contra voluntateȝ dñi tollit: ad reſtitutionem tenet̃. Uñ confeſſoꝛes pueris ⁊ alijs accipientib⁹ fruct⁹ arboꝝ vel ligna vel aliud quodcunq; comeſtibile vel viſibile quantumuis modicum, etiã ad valoꝛem vnius denarij reſtitutioneȝ debent facere fieri. xiiij.q. vlt. c. vlt. inſti. de rerum diuiſio. §. gallinarum. Grauius tñ punit̃ furtuȝ ex auaritia cõmiſſum, q̃z ex inopia. xij.q.ij. fraternitas. Uñ ⁊ prelati dilapidatoꝛes rerum eccleſiaſticaruȝ, fures ſunt: ⁊ ad reſtitutionem tenent̃. x.q.ij.c.vlt. extra de elec. ꝙ ſicut. Unde ⁊ qui per oſtiuȝ non intrat ad beneficiuȝ: fur eſt, ⁊ ad reſtitutionẽ tenet̃ fructuuȝ omnium quos recepit. xxiij.q.iiij. tres perſonas: extra ↄ elec. dudũ.ij. Et adde qđ no. ſ̃. §. quibus. verſi.j. cuȝ verſi. ſeq. in. c. xlvij. Uñ ⁊ fures clerici authoꝛitate ſuperioꝝ poſſunt incarcerari ⁊ toꝛmẽtari quouſq; res exquirantur. v.q.v. illi qui. xiiij.q.vj.c.j.⁊ de pe.c.j. ex̃ de appella. dilectis: ⁊ deponi. lxxxj. di. preſbyter. Et qui percipit fructus beneficij quo priuatus de iure eſt: fur eſt: ⁊ ad reſtitutionem fructuuȝ tenet̃: vt dixi proxime in alio caſu per c. pre. dudũ.ij. ⁊ no. per Inno. de preben. de multa. Uerum qꝛ materia reſtitutionis latiſſima eſt: nec poſſet breuibus comprehendi, ex predictis, ſ̃. quibuſdaȝ caſibus vtilibus ⁊ quotidianis magis neceſſarijs pro alijs remiſſiones facio. De materia ergo reſtitutionis vide Inno. extra de reſti. ſpo. olim illo: ⁊ de ap. dilectis. d e iureiuran. ſicut: ⁊. ſ̃. de immu. ec. quia pleriq;: homici. ſicut dignum: de furtis: qui cuȝ fure. de vſu. cõtu. ⁊ per alios per Ray. in ſumma ſua in ſecũdo li. in ti. de incẽdijs ⁊ furtis: vſq; ad fi. libri ꝑ Oſti. in ſum. de penitẽtijs. §. fi. in titulis de raptoꝛib⁹. ⁊ de furtis: ⁊ de iniurijs, ⁊ de reſtitutione ſpo. ex̃. Et. xiiij.q.v.⁊.vj.⁊.xvij.q.iiij. ꝑ totũ. vj.q.iij. placuit. xij.q.ij. in antiquis. ⁊. c. in legibus. ⁊ de pe. di.j. vulgaris. ⁊. l. aut facta: de ↄſe. di. v. diſcipulos. iij.q.j. ꝑ totũ. Expedito ſtatu aplico ſub quo poſui crimina ⁊ peccata ⁊ defectus mẽbroꝝ eccleſie militãtis: ⁊ ſub quo tractaui pleniſſime in prima parte ſtatum eccleſie aplice: ⁊ ſtatum papalem aplicum: ⁊ ſtatũ epoꝝ ſucceſſoꝝ aploꝝ. lxviij. di. quo

Furti nomine qd intelligendum.

rum. ⁊ planxi ruinam eius: in iſta ſecunda parte nūc ad ſtatutum martyrum tranſeamus.

De ſtatu martyrum ꝙ quodammodo in eccleſia defecit. Cap. 48.

ET ad ſanctam matrez eccleſiā vocem dirigens: ſciſcitoꝛ ab ea dicēs: vbi ſunt matyres tui o eccleſia ſancta Chꝛiſti ſanguine dealbata ⁊ expurgata ⁊ mundata lauacro aque in verbo vite? Ephe. v. Sponſus tuus ſpōſus ſanguinis eſt. Exo. iiij. Sanguis eius oꝛnauit genas tuas: vt appareas rubicunda Chꝛiſti ſanguine paſſionis rubicūdi in ea. Can. v. Tui martyres inclyti in ſanguine agni ſuas ſtolas conſueuerunt dealbare. Apo. xvij. ⁊ ſanguine ꝓpꝛio Chꝛiſti ſanguinem recompenſare: ⁊ te in ſuo ſacro ſanguine conſecrare. xxvij. diſt. ſacroſancta, ⁊ ſuper cementum ſacroſancti ſanguinis te edificare: ⁊ vtrunqꝫ poſtē tuuz ⁊ ſuperliminare ſuo ſanguine linire: ideſt affectum ⁊ intellectum: vide de conſe. diſt. ij. quid ſit ſanguis. Et ſynteresim qui eſt iudicium conſcientie: vt pertranſeuntis angeli euaderes percuſſuram. Exo. x. ⁊ per tui ſponſi, ⁊ eoꝝ ſanguinem pꝛopꝛium introires ſemel in ſanctaſanctoꝝ redempta ſangnine dn̄i ⁊ ſeruoꝛuz. Heb. ix. Sponſus tuus ſepties pꝛo te ſanguinez ſuum fudit. In circunciſione. Luc. ij. Oꝛatione poſt cenaz. Luc. xxij. Flagellatione. Jo. xviij. Mar. xiiij. Capitis ſpinarum coronatione. Jo. xviij. Manuum apertione cum clauis ⁊ pedum perfoꝛatione. Luc. xxiij. Lateris apertione. Jo. xix. ſicut fuerat figuratum. Nume. xix. de vitula rufa. ſ. carne Chꝛiſti cuius ſanguine ieptes aſpergebat̄ tabernaculum. p̄s. xxj. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos. vt intingat̄ pes tuus: ideſt affectus in ſanguine in paſſione Chꝛiſti. Tu. n. eccleſia benedicta es ille ager acheldemach: ideſt ſanguinis pꝛo quo illi. xxx. denarij qui fuerunt pꝛeciū ſanguinis domini. dati ſuntin ſepulturā peregrinoꝝ. Mat. xxvij. ⁊ Act. j. quia vere peregrini ſumus. j. Pet. ij. ſepulti. Roma. vj. in te. eccleſia per moꝛtificationē. ij. Coꝛ. iiij. coꝛpoꝛis illius ſacro ſanguinis agni per compaſſionem ⁊ crucis baiulationem ſtigmata retinentes Gal. vj. Vn̄ Aug. Pꝛouidentia aūt dei factū puto: vt pꝛeciū ſaluatoꝛis non peccatoꝛibꝰ ſumptum pꝛebeat: ſed peregrinis requiem ſubminiſtret: vt iam exinde Chꝛiſtus: ⁊ viuos ſanguinis ſui paſſione redimat: ⁊ moꝛtuos pꝛecioſa paſſione ſuſcipiat. Pꝛecio ergo dn̄ici ſanguinis ager figuli cōparatur. Legimus in ſcripturis ꝙ totius gn̄is humani ſalus redēpta ſit ſanguine ſaluatoꝛis. j. Pet. j. Apoc. j. Ager ergo iſte mundus hic totus eſt. Matth. xiiij. Figulus aūt qui mundi poſſit habere dn̄atuz: ipſe eſt qui vaſcula noſtri coꝛpoꝛis fecit de limo. Gen. ij. Iſtius itaqꝫ figuli ager Chꝛiſti ſanguine emptus eſt peregrinis. Peregrinis inq̄z qui ſine domo patria ⁊ toto oꝛbe exules iactabant̄: requies Chꝛiſti ſanguine pꝛouidet̄. Iſtos aūt peregrinos dico qui renuntiantes ſeculo ⁊ nihil poſſidentes in mundo. Matth. xix. in Chꝛiſti ſanguine requieſcunt. p̄s. iiij. In pace in idipſum doꝛmiam ⁊ requieſcam. Sepultura. n. Chꝛiſti nihil eſt aliud q̄z requies chꝛiſtiani. Conſepulti. n. ſumus ſicut ait apl's Roma. vj. cum illo per baptiſmum in moꝛte. Nos ergo peregrini in hoc mundo ſumus ⁊ tanq̄z hoſpites in hac vita. Lu. ij. Coꝛint. v. verſamur: hucuſqꝫ Aug. Sed hodie martyres iſtius tp̄is tepefacti a ſanguine ſacroſancto agni immaculati. j. Pet. j. ex ſanguinibus. Jo. j. polluti ſunt: ideſt peccatis de conſec. di. iiij. ſiquis aūt (al's eſt ſub. c. pꝛopꝛie) pollutuz ſangnine tangunt. Oſee. iiij. ſanguis ſanguinē tetigit. Carnis ⁊ ſanguinis reuelationē habent. Matth. xvj. de nobili ſed carnali ſanguine. p̄s. xxix. Que vtilitas i ſanguine meo gloriant̄. Sanguinem innocentē fundunt: ꝯtra p̄s. cv. Effuderunt ſanguinē innocentē. Carni ⁊ ſanguini acquieſcunt contra Gala. j. Sanguis innoxius effuſus in terra ꝯtra eos clamat ad dn̄m. Gen. iiij. Lupi ſunt dn̄antes in eccleſia. Paſcunt̄ ſanguine. Anima vniuſcuiuſqꝫ eoꝝ in ſanguine eſt Leuit. xvij. Totaz te ſanctā eccleſiam implent homicidioꝝ ſanguine, ꝯtra id. xxiij. q. v. penas. ⁊. q. viij. ſepe. cū. c. ſeq. ij. q. vij §. his ita. ij. ex̄ de rap. in archiep̄atu. O luna. Cāt. iiij. pulchꝛa eccleſia ſancta: vere adimplet̄ de te ꝙ tota quaſi verſa es in ſanguinem. Luce. xxj. Act. ij. ⁊ aque: ideſt ppl'i ꝯuerſi ſunt in ſanguinē. Apo. xj. quia ſanguinē ſanctoꝝ effundunt cum ſuis ſanguineis capitibus. Apoc. xvj. ⁊ ſanguinē bibent vt digni ſunt: vt ibi qꝛ ebꝛij ſunt de ſanguine ſanctoꝝ ⁊ de ſanguine martyrum Jeſu. Apoc. xvij. ſed deus vindicabit ſanguinē ſeruoꝝ de manibꝰ meretricis magne que coꝛrupit terrā in pꝛoſtitutione ſua. Apo. xix. Et ſanguis impioꝝ tuoꝝ filioꝝ homicidiarū ſuper eos in crudelitate mitantiū: qꝛ iuſtum ſanguinē effuderūt. Matth. xxiij. ſicut Judei ipſi ſangninem. vnde ibi Hiero. Sanguis eis ſuper nos ⁊c. Perſeuerat vſqꝫ i pꝛeſentē diez hec impꝛecatio ſuper Judeos: ⁊ ſanguis dn̄i non aufert̄ ab eis. Heu iam in tuis filijs ſceleratis ad vindictā ad literam ſanguinis pꝛocedis: contra id ex̄ de rap. in archiep̄atu: ⁊ iura pꝛe. in additione. Jam gladiū materialē ꝯtra pꝛeceptum dn̄i extra vaginam traxiſti. Mat. xxvj. xxiij. q. j. §. j. Et nedū vnā aurē ꝯtumacis pꝛecidiſti. xxiiij. q. j. ſi. Petrus: ſed multoꝝ coꝛpoꝛa: vtinam non aīas occidiſti: nec memoꝛ fuiſti ꝙ Dauid ſanctus pꝛohibitus eſt templū dn̄o edificare: qꝛ vir ſanguinis erat. j. Paralipo. xxij. j. q. vij. ſi quis oēm: de cōſe. di. j. c. j. Quid tibi o pia: o miſericoꝛs: que non claudis gremiū redeunti. C. de ſum. tri. inter claras. xxiij. q. iiij. duo iſta. ex̄ de her. ſuper eo. lib. vj. ⁊ ſanguini cum ſanguine. Quid tibi o pacifica ⁊ benigna ⁊ guerris? Nonne arma tua lachꝛyme ſunt ⁊ oꝛones? xxiij. q. viij. conuenioꝛ. Nonne clypeus tuus vnctus. ij. Reg. j. fides. eſt? toꝛax iuſtitie: ad Ephe. vj. Diligens filios tuos cōiter: non comedens. p̄s. lxxviij. qꝛ comederunt Jacob, non deuoꝛans. p̄s. xiij. ⁊. lij. Qui deuoꝛant plebem meaz. Non nouerca: qꝛ miſcent aconita nouerce. Non hiena. Non lamia. Thꝛen. iiij. ſed mater: ⁊ agna xij. q. ij. qui abſtulerit. Lumbis ſuccincta charitatis ⁊ caſtitatis: non carnalitatis ⁊ crudelitatis: calciata pedes in pꝛeparationē euangelij pacis. viij. q. j. olim. Eſa. lij. ⁊ habens gladium ſpiritus: qđ eſt verbum dei: ad tranſfigendum coꝛda cōtumacium ſuperba: ⁊ ꝯuertendū: nō ad hoies occidendū. xxiij. q. ij. inter hec. Hec ſunt arma apl'ica tua. Epheſ. vj. Nunquid dictum eſt tibi a ſponſo tuo ꝙ diligas inimicos. Mat. v. Luce. vj. xxiij. q. iiij. §. ex his. Nam etſi mali multi filij: tū tui ſunt: ⁊ multi futuri boni ⁊ tui legitime nati. Matthei. xxj. Amen dico vobis qꝛ publicani ⁊ meretrices, homicide ⁊ ſacrilegi: depopulatoꝛes agroꝝ, raptoꝛes virginuz: molles, pꝛo-

ditores,parricide,ꝛ ſceleratiſſimi peccatores: ꝛ in-
fideliſſimi patrini in domo tua peruerſi? ſed tandez
reſpiciente eos Chriſto ꝯuerſi:nunc cū ipſo habitāt
ipſum benedicunt ꝛ laudant. Nunquid noſti. De
nemine deſperandum eſt in hac vita?de pe.di.vij.ne
mo.ꝛ.xxxij.q.ij.ancillam.ꝛ.q.iiij.recurrat:in fi.quia
ꝛ latro in die ſuſpendij ſui ꝛ obitus in paradiſuz in-
troiuit.Luc.xxiij.verſi.Ambroſius. Uita.n.eſt eſſe
cū Chriſto:ꝛ vbi Chriſtus,ibi regnū:ꝛ de hoc.xxvj.
q.vj.agnouimus.ꝛ.c.ſi preſbyteri:de pe.di.j.impor-
tuna.ꝛ Apl's perditus ſe ſuſpendit.Matth.xxvij.de
peni.di.iij.Judas.ꝛ.c.ſceleratioꝛ. O in charitate ni
mia deſponſata in miſericordia, ꝛ miſerationibus.
Oſee.ij.Quid te vindicas? Sponſus tuus ſibi vin
dictā reſeruat. Prouer.xxij.Deut.xxxij.ad Roma.
xij.ꝛ.xxiij.q.j.§.j.qꝛ ipſe eſt zelotes viſitans patruz
peccata ꝛc.Exo.xx.xxiij.q.iij.§.ex his.j.q.iiij.§.ecō-
tra,ꝛ dicebat tibi.Matth.v.Luc.vj.ꝛ.xxiij.q.j.§.j.
Porrige maxillam alteraz percutienti, ꝛ qui anga
riauerit te mille paſſus:vade cum eo.ij.milia.Jo.vj.
ꝛ in pre.§.j.Increpabat diſcipulos ignē contra Sa
maritanos petentes.Luc.ix.xxiij.q.iiij.ꝙ Chriſtus.
Suadebat aiam ponere pro amicis,qui eam poſue-
rat pro inimicis.Jo.xv.vt daret intelligerez:ſ ꝙ no
bis amici ſibi inimici exiſtunt qui nos perſequun-
tur.Sed ꝛ ille ignitus apl's qui te per euangelium
genuit.j.ad Corinth.iiij.ꝛ qui infirmabaꝛ tecum:ꝛ
vrebaꝛ tecum de tuo ſcandalo.ij.ad Corinth.xj.dice
bat tibi.Uince in bono malum, ꝛ noli vinci a malo
ꝛ ſi eſurierit inimicus tuus:ciba illum:ſi ſitit: potuz
da illi ꝛ ſic carbones ignitos amoris congeres ſu-
geres ſuper caput eius.ad Rom.xij.ꝛ.xxiij. q.iiij.§.
ex is.Et iterum.Cum oibus pacē habentes quātū
in nobis eſt:ad Roma.xij.ꝛ.xj.q.iij.inter verba.ibi
exponuntur hec verba.Et charitas patiens eſt.j.ad
Corinth.xiij.qꝛ non reddit malum pro malo. Be-
nigna eſt:qꝛ reddit bonuz pro malo:de his.xxiij.q.
iij.ſex differentie. Quam diu regina deaurata auro
primo ꝛ puriſſimo amoris. ps. xliiij. Prouerb.iij.
O ſancta eccleſia ſic feciſti:per totū mundū ramos
extendiſti: ꝛ barbaras nationes tibi ſubegiſti.xciij.
di.legimus:ꝛ in tribulatione martyrum tuoꝝ cre-
uiſti.xij q.j.futurā,ꝛ paupertate tua altiſſima diues
virtutibus fuiſti.ij. ad Corint. viij. ꝛ in humilitate
tua cū tuo ſponſo vbilibet terrarū adorata,ꝛ exalta
ta fuiſti.Luce.xviij.Sed poſtq̄z vindictas expetui-
ſti:theſauros auri ꝛ argenti fecis terre non ante pe-
des tuos.Act.v.ſed ante coꝛ.poſuiſti: ſanguinē fudi
ſti,terreni regni gloriā vſurpaſti: a manſuetudine ꝛ
caſtimonia ꝛ ceteris virtutibus receſſiſti:in mēbris
tuis minorata fuiſti:vtranq̄z Aſiam quaſi ꝛ Aphri-
cam perdidiſti.fidem tuaz ſacroſactā etiam per ma-
gnam partē Europe vbi habitas prauis operibus.
O ſponſa ſine macula.xj.diſt.quāuis:maculaſti cuz
quibuſdam mēbris tuis peruerſiſſimis:ꝛ per occa-
ſionem tue in mēbris precipue prelatoꝝ crudelita-
tis filioꝝ tuoꝝ corda ad tuam obedientiam indura
ſti.Claues.n.tue per tuos rectores perfidos affecta
tos ꝛ diuiſos vſurpate cauſa ꝛ animo ꝛ ordine. xj.
q.iij.§.ſi ergo:de ſenten.ex.ſacro.oberrantes quanq̄z
eſſent timende ꝛ tenende.xj.q.iij.ſententia.ꝛ.§.cum
ergo:contemptui habenꝛ.Et tue ſententie paſſiz la-
te,nec lāce amoris ꝛ iuſtitie trutinate.xj.q.iij.q recte.
potius reſpicientes potentiam ꝛ ſuperbiam,q̄z mi-
ſericordiaz ꝛ humilitatē,non medicinales:vide qᵭ
ſcripſi.ſ.in prima parte in.§.nunc querendum:in.c.

lxix.ſed mortales.xxiiij.q. iiij. corripiantur. ꝛ capi.
notandū:ꝛ ex̄ de ſen.excō. cum medicinalis. lib.vj.
exiſtunt hominis vtriuſq̄z. Obſtetricante.n.manu
tua,non percutiente ꝛ occidente:extrahendus erat
coluber tortuoſus.Job.xxvj.ad fi.Natura.n.homi
nis nobilis eſt ſm Senecam:facilius ducitꝛ q̄z tra-
hatꝛ.Et ſeruato conſilio ſenioꝝ cum miſericordia ꝛ
benignitate,non cuz ſcorpionibus ſm conſiliū iu-
uenum ſuperboꝝ ꝛ ſtolidoꝝ regendus erat populꝰ
etiam contumax:non cedendus. Propter quod eū
perdidiſti:qꝛ ipſum per indiſcretionem ꝛ ſuperbiaz
diuiſiſti.ꝛ.x.tribus apoſtatantibus a te in vniuerſo
orbe,vtinam due tibi ꝛ Roboaz capiti tuo pape ꝛ
noſtro( Roboam interpretaꝛ dilatans populum)
in fide ꝛ moribus remaneant tibi ſalue: ad hoc.iij.
Reg.xij.vij.q.j.deniq̄z.j.q.j.ſiquis inquit. Hieruſa-
lem Hieruſalem(ſic.n.interpretatur pacifica)plena
olim iudicio cū miſericordia.xlv.di.diſciplina:iuſti-
tia oleata olim habitauit in te.nunc aūt vere homi
cide.Eſa.j.Conuertere igiꝛ ad dn̄m deum tuum iu-
ſtū ꝛ pium:cui miſericordia cuz iudicio decantatur
in ps.c.ꝛ eijce abs te filios Agar ancille:qꝛ feri ſunt.
ꝛ manus eoꝝ cōtra oēs,ꝛ manus oium contra eos.
Gen.xvij.Quid tibi ꝛ Cayn fratricide?Gen.iiij.de
pen.di.j.nunquid Cayn multo horribilius filijcide.
ex̄ de is qui fi.occi.ff.ad. l. pompe.de parrici. Quid
etiā tibi ꝛ Nembroth venatori hominū ꝛ oppreſſo
ri?Gene.x.vj.diſt.§. fi. Quid tibi ꝛ indignationi ꝛ
amaritudini infellica columba?ij.q.vij. non omnis
Dimitte ſynagogā occidere ꝛ occidi.talionibus vti
dentē ꝑ dente:oculū pro oculo expetere.Leui.xxiiij.
xxiij.q.lij.ſex differētie.ꝛ.q.iiij.§.ex his.ꝛ.c.cū i lege.
Sed propagatoꝛ tuus per quē Chriſtus loquiꝛ di-
cit tibi Petrus caput tuum. Non reddentes ma-
lum pro malo.j.Pet.iij.ꝛ.pre.c.ſex differentie.Et il
le pacificus Salomon(ſic.n.interpretaꝛ)qui tibi de
longe orabat dicebat tibi.Oculi tui columbarū.Cā
tic.iiij.in prin.xxxvj.di.§.ecce in fi.non vulturuz:nō
coruoꝝ rapidoꝝ, qui de morte paſcunꝛ.ij.q.vij.non
omnis.Templum tuū Gedeon:ideſt Chriſtus qui
interpretaꝛ tentatio humilitatis mee:templum tibi
conſtruxit:nomen ꝛ tituluz ſibi impoſuit,Dn̄i pax.
Judicū.vj.ꝛ ille ps. cxxiiij. ꝛ. cxxvij.dicebat. Pax
ſuper Iſrael. Augu.In vno verbo eſſe bonum ſta- Pacis cō mēdatio.
tuens ꝛ in tribus literis trinitatis deſignatiuis. in
P.pater.in A.triangulari filius:in quo triplex ſub
ſtantia:verbum,caro, ꝛ anima.in. X. qui eſt duplex
conſona:ſpiritusſanctus ab vtroq̄z procedens:extra
de ſum.trini.fideli.lib.vj.Omne bonum iucludens
propter qᵭ vltimo ſponſus tuus de hoc mundo mi
graturus ad patrē,eam tibi pro teſtamento reliquit
dicens.Pacē meam do vobis:pacem relinquo vo-
bis.Joan.xiiij.vbi Aug. Pacem reliquit in hoc ſe-
culo:in qua manentes hoſtes vincimus:ꝛ vt etiam
hic inuicem diligamus:pacem ſuam nobis dabit in
futuro ſeculo,qn̄ ſine hoſte regnabimus,vbi nunq̄z
diſſentire poſſumus. Pax aūt nobis ipſe eſt:ꝛ quuz
credimus ei qꝛ ipſe eſt:ꝛ quum videbimus eum ſi-
cut eſt.Sed quid eſt ꝙ vbi dicit pacem relinquo vo
bis:non addidit,meam:vbi vero dixit,do vobis:ibi
dixit meam.An forte hic aliquid latet. Pacem.n.
ſuam eaz voluit intelligi qualem habet ipſe pax. ve
ro iſta q̄z nobis reliquit in hoc ſeculo:noſtra potius
dicenda eſt,q̄z ipſius:illi quippe nihil repugnat in
ſeipſo:qꝛ nullum hz omnino peccatum:nos aūt ta-
lem pacē nunc habemus in qua adhuc dicamus:

Dimitte

Dimitte nobis debita noſtra. Matt.vj. de peni.di.
iij.de quotidianis.⁊ diſt.j.tres aũt. Quod vero dñs
adiũxit. Non qũo mundus dat:ego do vobis:quid
eſt aliud:niſi qũo homines dant,qui diligunt mun
dum:qui propterea dant ſibi pacez:vt ſine moleſtia
mundo perfruantur:⁊ qñ iuſtis dant pacem vt non
eos perſequantur? Pax eſſe non poteſt vera:vbi nõ
eſt vera concordia : quia diſiuncta ſunt corda. Eſt
autem pax ſerenitas mentis:trãquillitas animi ſim
plicitas cordis:amoris vinculum:conſortium cha=
ritatis. Nec poterit ad hereditatem dñi peruenire ,
qui teſtamentum pacis noluerit obſeruare. Nec po
teſt concordiam habere cuz Chriſto:qui diſcors vo
luerit eſſe cum chriſtiano.hucuſqꝫ Augu.ad hoc.xc.
di.per totum.xj.q.iij.inter verba.xxiij.q.j.noli. Nec
hoc dicitur quin per contemptibiles.j.Corinth.vj.
xj.q.j.§.ex his oĩbus:in terris tibi.ſubiectis merum
imperium exercere valeas,⁊ animaduertere in faci=
noroſus:ex̃ ne cleri.vel mo.eṗs.li.vj.vt boni quiete
viuant maxime ſub gremio tuo. xxiij.q.v .non fru=
ſtra.di.iiij.c.j.⁊ ex̃ in prophe.decre. Rex pacificus.
quin etiam rebellibus tuis ⁊ te perſequentibus per
hereticã prauitatem bella valeas indicere.xxiij.q.v.
ſi audieris.⁊.q.viij.vt pridez.⁊.c.hortatu.cum ſi.vt
eos ad ſinũ tuum deducas:ne filij tui deliri recedãt
a te:ſed reuertant̃ etſi coacti.xxiij.q.iiij.nimiuz.c.di=
ſplicet.cum.c.ſeq. Sed qꝛ habere pacẽ:voluntatis eſt
bellũ aũt dꝫ eſſe neceſſitatis:vt in Machabeis ap=
paret in libris eoꝝ:ex̃ de reg.iur.quod non eſt. Nõ
enim pax querit̃:vt bellum exerceat̃: ſed bellum fit,
vt pax queratur.xxiij.q.j.noli. Maxime ergo tu pu
gna per alios coacta:eſto in bellando pacifica:vt eos
quos expugnas ad pacis vnitatem vincendo per=
ducas. Te ergo per tuos fideles pugnantem neceſ=
ſitas deprimat:nõ voluntas:⁊ ſicut ꝑ te reſiſtẽti vio
lentia redditur: ſic victorijs capto miſericordia de=
betur:vt pre.c.noli. Que autem in bellis tuis ma=
xime prohibent̃:hec ſunt nocendi cupiditas : vlci=
ſcendi crudelitas:implacatus , ⁊ implacabilis ani=
mus: feritas rebellandi.libido dominandi: concu=
piſcentia poſſidendi. A duobꝰ vltimis tentaris ma=
xime.hec ƀm Augu.prohibentur in bello. xxiij. q.j.
quid culpatur.⁊. c.militare. adde quod ſcripſi.ſ̃.eo.
in.§.quibus ergo.verſi.vt autez:in.c.xlvij.⁊ in.§.ſe.
Tu ergo benigna eccleſia:que Chriſtum pacificum
facis inter tua vbera cõmorari. Cant.j. Et que cum
his qui oderunt pacez:pacifica debes eſſe.ṗs.cxix.⁊
xj.q. iij. inter. Tu que ramum virentis oliue in ore
portas. Gen.viij.ex̃ de ſacra vnc.c.vnico.§.pen. Tu
que obuias Chriſto venienti ad te cũ ramis oliua=
rũ pacificarũ:verſus. Addiuuat in bello pacate ra=
mus oliue.figuratarũ. Neemie.viij. qꝛ ibi figuraba
ris. Tu que vncta es a ſponſo tuo chriſmate olei , ⁊
balſami delibuto.ex̃ de ſacra vnc.c.vnico.pre tua ſy
nagoga ꝯſorte:vt in ṗs.xliiij. Et que vnctionẽ acce
piſti neduz a tuo capite qꝺ eſt Chriſtus. vt pre.c. de
ſac.vnc.c.vnico:ſed a barba eius,apꝛ̃ico pacifico ce=
tu:⁊ barba diſcipuloꝝ choro deſcendente vſqꝫ ad te
que es veſtimentum eius.xvj.q.vij. ſicut . vt in ṗs.
cxxxij. Ecce ꝗ̃z bonuz ⁊ ꝗ̃z iocundũ ⁊c. Tu etiã que
facis vnã curiã in tuis electis cũ illa celeſti Hieruſa
lem.xxxij.q.iiij.recurrat:que ſedet in pulchritudine
pacis. Eſa.xxxij. Dimitte pharetram ⁊ arcuz Eſau
venatoris. Gen.xxvij.haſtile ⁊ lanceam Goliath.j.
Reg.xvij.pugionẽ ⁊ ſicam,a qua ſicarij dicunt̃:legi
tur ⁊ no.de homici.ſicut dignuz.§.eos.gloſ.ſicarij:⁊
oĩa arma ⁊ bella carnalia:qꝛ non ſunt proprie tua.
vt dicit.ij.Cor.ix.electionis vas . Sed deſignatiua
ſpũalis pugne.xxij.q.j.niſi bella . Sed induere cili=
cio:⁊ aſpergere cinere. Hiere.vj. Job.xlij. Joſue.iij.
Heſter.xiiij.de pe.di.iij. Achab. Plange ⁊ vlula in=
terfectos populi tui vtraqꝫ morte cũ Hiere.in Thre
nis.⁊ Hiere.ix. Audiat̃ vox tua O pulchra Rachel
in Rama.i.in excelſo ploratus ⁊ vlulatus:⁊ noli re
cipere ꝯſolationẽ. Mat.ij.in fi.qꝛ filij tui in monti=
bus Gelboe.i.in decurſu carnali,in quibus nec ros
deuotionis,nec pluuia cõpunctionis eſt. vtinã non
opera tua. i. maloꝝ membroꝝ tuoꝝ.⁊ inclyti tui ⁊
preſidentes in eccleſia interfecti ſunt.ij. Reg.j. ⁊ nõ
ſunt:qꝛ timeo ꝙ ſuum felix eſſe perdiderunt.qꝛ ⁊.in
anima ⁊ in corpore cõiter perierunt. Quis dabit o=
culis tuis fontẽ lachrymarũ:vt nec quieſcant pupille
oculoꝝ tuoruz:⁊ plangas eos ⁊ te:que forſan tanti
ſanguinis fuſi rea in membris tuis fuiſti:timens ne
rex exercituũ miſſis exercitibus angeloꝝ te tribulet
⁊ homicidas perdat. Matth.xxj. Quis.n.prelato=
ruz tuoꝝ qui te videntur regere:teſte conſcientia po
terit proclamare cuz Paulo. Munde ſunt manus
mee a ſanguine interfectoꝝ. Act.xx.⁊.xliiij.di.ephe=
ſijs. Nunquid merito poteſt dici. Merito pateris ⁊
patieris:quia peccaſti in filios tuos:quoruz miſerta
non es quum deprecaretur te.⁊ non exaudiſti eos:
ſed procuraſti per crudelia membra tua eoꝝ ſangui
nem fundi? En ſanguis eoꝝ exquiritur. Gen.xlij.⁊
ſparſus clamat ad deum de terra : ⁊ vindictam pe=
tit. Gen.iiij. Hiena beſtia mortuos deuorat. Tui nu
tritij:optimates tui,capita. Amos.vj.in pupillis:cru
deliores ea:diuos homines deuorant: comedunt
Jacob. Ps̃.lxxviij.deuorant plebem tuam vt cibũ
panis:vt ait Dauid.ṗs.xiij.⁊ lij.⁊ poſtquam occide
rint,ſacrificant in altari ſanguinis manibus ſangui
nolentis ⁊ cordibus ⁊ bibunt ſacroſanctuz ſangui
nem ſacramentaliter qui pro populo effuſus eſt:cuz
conſcientia cruentata:de conſecr.diſt.ij.qui ſcelerate.
⁊.c.acceſſerunt. Quin inſuper qui in bellis iniuſtis
dederunt conſilium auxilium vel fauorem vbi mul
cti ceciderunt:ſine aliqua diſpenſatione a te obten=
ta:contra ſacros canones promouentur aſſidue cele
brantes,irregularitate duplici irretiti.lj.di.qui in a=
liquo.xxiij.q.viij.his a quibus.l.di.ſepe:ex̃ de homi.
ſicut dignum.de exceſ.prela.ex literis . de accuſa.in=
quiſitionis.j.reſpon. Sed poſſes dicere:etſi marty=
res corporales iſtis temporibus non ſint in domo
mea,ſunt tamen martyres ſpirituales:vtinaz ſic eſ=
ſet. Scio enim ƀm Augu.in ſermone beati Lauren=
tij,ꝙ vita Chriſtiani ſi ƀm euangelium viuit in cru
ce ⁊ martyrio,eſt temperantia in abundantia :cum
xlj.di.delicie . Dauid. Caſtitas maximas in adole=
ſcentia,cum Daniele. Dani.per totum.⁊ Joſeph in
Egypto. Gen.xxxix. Largitas in penuria: cum To
bia. Tob.iiij.in fi.ƀm Ber. Jn iniurijs Patientia.
xxiij.q.j.paratus. Ad inimicos Beneuolẽtia. xxiij.
q.iij.ſex differẽtie. Ad afflictos cordis cõpaſſiui mi=
ſericordia.xlv.di.vera.ſꝫ Gre.martyria ſunt:ſꝫ vere
per paucos habes filios talibus martyrijs laurea=
tos.vñ Gre. Martyres ſine ferro eſſe poſſumus, ſi
patientiã in animo veraciter cuſtodimus. Et idez.
Qui dolorẽ exhibet in aliena neceſſitate:crucẽ por=
tat in mente. Et idẽ. Ferre ꝯtumelias ⁊ inimicos di
ligere:martyriũ eſt in occultacogitatione. Sꝫ proh=
dolor ꝯtra martyriuz temperantie tui abundantes
crapulati ſunt. cõtra Dauid:extra de vi.⁊ hone.cle.

⁊ crapula. Menſe eoꝝ plene vomitib⁹: de con. di. v.
ne tales: qꝛ non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem
recipiunt alimenta. vñ Greg. in homil. Cum audie-
ritis prelia ⁊c. Ubertatis abundantiaʒ non ad ne-
ceſſitatē carnis ſe ad peruerſitateʒ intorſimus volu
ptatis. Corda eoꝝ non eructant verbuʒ bonuʒ ſm
Dauid. ps. xliiij. ſed eoꝝ ructus ex pregrauato ven-
tre fetoreʒ exhalant: ⁊ diuerſis ferculis ſaginati indi
geriem ſuā eructant: ad celū corda habentes: contra
preceptū dñi: ebrietate ⁊ crapula pregrauata. Luc.
xxj. vbi Baſilius. Singulum aīalium a conditore
oīum in deo hʒ intrinſecus cauſas facientes ad tute
lam conſiſtentie proprie: ꝑꝑ quod ⁊ Chriſtus dedit
nobis hanc monitioneʒ: vt que illis a nā, vel nobis
auxilio rōnis ⁊ cautela contingant: fugientibus qui
deʒ peccatū: vt irrationabilia fugiunt mortifera pa-
bula inquirentib⁹ vero iuſtitiā: ſicut illa herbas nu-
tritiuas requirunt. Eadeʒ vero admonitio egrotan
tes ſanat: ⁊ ſanos perficit ſeruatores preſentiū: pro-
uiſores: futuroꝝ: non alienoꝝ cenſores, ſed ſuoꝝ ſcru
tatores: non dimittentes intellectū ſeruuʒ fieri paſ-
ſionum, ſed irrationale anime ſubijcientes rōnali.
Item Titus ibi. q. d. Cauete ne lumina vr̄e mentis
grauent̄: qꝛ crapula ⁊ ebrietas frangunt prudentiā:
quaſſant fidem: operant̄ naufragia. Item ibi Baſi-
lius. Eſt aūt ebrietas nimius vſus vini. Crapula
vero anxietas ⁊ nauſea que eſt ī edacitate. Sicut igi
tur cibis vt non eſuriamus: ſic ⁊ potu ne ſitim pa-
tiamur vtendum: vitando diligentius lapſum. Fal-
lax eſt. n. vini ingeſtio. Anima aūt a vino libera pru
dentiſſima erit ⁊ optima, ſed humectata vini vapo
ribus quaſi quadam nube velat̄. ad hec. xlj. di. quiſ-
quis. ⁊. c. parſimonie. c. delicie. xxxv. di. ꝑ totū. xliiij.
di. comeſſationes: de ꝯſe. di. v. ſicut tibi: cuʒ. c. ſeq. ⁊. c.
nihil extra de vi. ⁊ ho. cleri. a crapula. Contra mar
tyrium caſtitatis. Caſtitas aūt neduʒ in pueris ⁊ a-
doleſcentulis vt Daniele ⁊ Joſeph dicitis. s̄. verſic.
proxi. qui in ligno corruerunt. Thre. iiij. ⁊ in iuueni
bus qui in immunditia infirmati ſunt. Eſa. xl. Ju-
uenes in infirmitate ſua cadent: ſed etiā in ſenibus
impudicis: q uident̄ regere populum: periclitata eſt:
qꝛ iudicia dei non attendentes, ⁊ ad celum oculos
non leuantes. Joan. xj. Luc. ix. ex̄ de celeb. miſ. cum
Marthe. §. j. fetores libidinis amplexant̄: vt ſic in-
ueterati dierum maloꝝ merito poſſint dici: ⁊ ſcindi
per mediū angelico enſe digne. Daniel. xiij. extra de
preſum. cum in iuuentute. Quum. n. deficiente calo
re nāli ꝯtinētiores eſſe deberent: ⁊ quāto morti vici
niores efficiunt̄: tāto ſolicitiores atqꝫ timidiores eſſe
deberent. lxxxvj. diſt. tanta: ipſi econuerſo immun-
diores igne alieno: de pe. di. iij. inter hec hircum. j. ⁊
vſqꝫ ad ꝯſumptionē deuorante. Job. xxj. ſucceſſi ⁊
audaciores ad deū prouocandum fiunt: vt eoꝝ ſene
ctus non venerabilis. Sap. iiij. lxxxiiij. di. porro: ſed
apud deū ⁊ hoīes abominabilis habeat̄: ⁊ maledi-
cti pueri centū annoꝝ increpatione ꝑphetica nun-
cupent̄. Eſa. lxv. ij. q. vij. paulus: ⁊ ꝯdēnent̄ cōpara-
tione vite: a pudiciſſimis pueris, ſenibus morib⁹ ve
nerabilib⁹ Joſeph ſaluatore egypti experte tenebra
rū carnis. Gen. xxxix. Samuele induto ephot lineo
puriſſime munditie. j. Reg. ij. Hieremia mūdo nato
qꝛ in vtero ſanctificato. Hiere. j. ⁊ Joanne baptiſta
pellicea zona in ſignū premortuoꝝ lumboꝝ accicto
Mat. iij. vbi Hiero. Zona pellicea qua cinctus erat
⁊ Helias, mortificationis iudicium eſt. Et Daniele
frugali ad ꝯſeruationeʒ honeſtatis. xliiij. di. §. j. Da-
nie. j. preſigurantib⁹ dñicam puriſſimam ⁊ angeli-
cam caſtitatē: de iſtis bonis pueris. lxxviij. di. §. hoc
regulariter. Contra martyrum largitatis in pau-
pertate. Ubi aūt ille martyr erit vt Tobias largus
in penuria: quū vix intra te O mr̄ eccleſia inuenian
tur largi in abundantia ſicut eſſe deberent? lxxxvj.
di. non ſatis. ⁊. c. archidiaconū. Plurimi. n. tui pre-
ſules ⁊ rectores de patrimonio: ex̄ de preben. cū ſm
Chriſti patrimoniū ſuoꝝ conſanguineoꝝ amplian
tes, vel nouiter edificantes: ex̄ de elec. cū ex eo verſi.
ne ſicut. li. vj. ⁊ in fraudē ſuarum eccleſiarū inſtra em
ptionuʒ in perſonis ſuoꝝ attinentiuʒ ꝯficientes. xij.
q. iij. c. j. ⁊. q. iiij. c. j. ⁊ ex̄ de pecu. cleri. ca. ij. nec paupe-
res buccellā in eoꝝ aceto intingere permittunt: ne-
dū in vino. Job. xxxj. Si comedi buccellā panis ſo
lus añ eoꝝ valuas vlceroſi iacent: nec eis micas pa
nis porrigunt: nec familia crudelitatē dñi imitata.
Luc. xvj. vbi Amb. Ita. n. ſunt conditionis huma-
ne immemores. vt tanqꝫ ſupra nām ſiti de miſerijs
pauperuʒ incentiuuʒ ſuaꝝ capiant voluptatum. Ri
dent inopē. inſultant egenti, ⁊ quoꝝ miſereri debue
rant, ijs auferūt vniuerſa. xciij. di. diaconi. v. vbi etiā
Aug. de verbis dñi. Inexplebilis. n. eſt diuitū auari
tia. xlvij. di. ſicut. c. bonoꝝ. nec timet deū: nec hoīem
veret̄. Luc. xviij. non parci pr̄i amico fideʒ non ſer-
uat: viduā opprimit: reʒ pupilloꝝ inuadit. Canes
impudici. lxxxviij. di. nemo. tui cornuti canibus di-
uerſi gñis domuʒ plenam habentes: ⁊ eos (qꝺ pu-
det ſcribere) intra ſinus ⁊ gremium nutrientes cuʒ
eis ludentes: ⁊ caudas eoꝝ palpantes: neduʒ panē
filioꝝ pauperum. xvj. q. j. ſi cupis: ⁊ orphanoruʒ eis
tribuunt ad edendū. Mat. xv. ſed perdicibus ⁊ ca-
ponib⁹ ⁊ alijs carnibus eos alunt. Incarcerati aūt
vermibus ſcaturiunt. Captiui etiam pro quibus ſa
cra vaſa conflata vendi iubentur. xij. q. ij. auruʒ. ⁊. x.
q. ij. hoc ius: in cōpedib⁹ ⁊ catenis languidi ⁊ para-
lytici in plateis ſtercorib⁹ ⁊ porticibus incenati dor
mitant. nudi frigore algent: peregrini foris ī vijs ho
ſpitant̄: ⁊ pro talibus proſelitis ⁊ miſeris nec panis
nec veſtimentum eſt in domibus prelatoꝝ: nec vas
frigide aque tantuʒ. Mat. x. g. Mar. ix. vbi Hiero.
Non calide. ne ⁊ in calida paupertatis ⁊ penurie li
gnoꝝ occaſio quereret̄: Tales prelati nolunt ſibi fa-
cere amicos nedum de mām̄ona iniquitatis. Luce.
xvj. quod exponitur. xiiij. q. v. §. ſed hoc: ideſt ſuis ꝑ-
prijs ſi qua habent. Sed nec de agape eccleſiaſtice
charitatis xlij. di. c. j. ⁊. c. non oportet. j. ⁊. ij. quum tñ
quicquid habent clerici excepto victu ⁊ veſtitu: pau
perum cenſeatur. x. q. ij. epiſcopus. xvj. q. j. quoniam
de quo. s̄. parte. ij. cap. xxix. §. vlti. verſic. de hoc late.

Sed de martyrio patientie in iniurijs quid dice- Patiētie martyriū
mus? Quis hodie intra te mater eccleſia manſue-
tus aut mitis eſt: qui patiatur ⁊ non deducatur ſm
ſapientem. i. leſiones cordaliter nō ſentiat? Quis eſt
qui ſe non vindicet, aut corde, aut verbo, aut ſigno,
aut actu, quicquid dicatur? xxiij. q. j. §. j. ⁊. q. iij. §. j. ⁊.
c. ſex differentie. ⁊. q. iiij. §. ex his. ⁊. cap. cum in lege.
Quis non recordatus iniuriarum ciuium ſuorum
ſibi factarum? Leuit. xix. Quis orat in ſpiritu ⁊ ve
ritate. Jo. iiij. pro perſequentibus ⁊ calūniantibus
eum? Mat. v. ⁊ Luce. vj. Et quis benefacit ijs qui
oderunt eum? vt pre. §. ex his. Ubi inueniemus mā
ſuetos ⁊ mites, qui terram viuentium hereditent,
vel poſſideant? Mat. v. vbi Augu. Mites ſunt qui
cedunt improbitatibus, ⁊ non reſiſtunt in malo, ſed
ceret: talia verba ſubiunxit: vt ſe equalē non eſſe mōſtraret Qui enim non poteſt (inquiunt) facere a ſe quicq̃z, niſi quod viderit patrē facientē: vtiqz minor eſt: non equalis. Sed ſi dicat deus erat verbuz: ⁊ eſt deus pater maior: duos deos colimus: non vnum deum. ⁊ ibi Hilarius. vij. de trini. Ne igitur exequatio illa per nomen naturā natiuitatis que filij eſt, auferret eidē: ait filiū a ſe nihil facere poſſe. Jtē ibi Augu. Tanq̃z diceret. Quid ſcandalizati eſtis: qr patrē meū dixi deū: ⁊ qr me equalē feci? deus ita ſuz equalis vt ille me genuit: non vt ille a me, ſed ego ab illo ſim. Filio hoc eſt eſſe quod poſſe. Quia ergo ſubſtantia filij de patre eſt: ideo potētia filij de patre eſt. Qr ergo filius non eſt a ſe: ideo non poteſt a ſe. Sic ergo non poteſt filius a ſe facere quicq̃z: niſi quod viderit patrē facientē: qr videre filij hoc eſt natū eſſe de patre: non alia viſio eius ⁊ alia ſubſtātia eius: totū qđ eſt de patre eſt. Jtem Hilarius. vij. de trini. Ut autez maneret ſalutaris in patre ⁊ filio confeſſionis noſtre ordo: naturā natiuitatis oſtendit: q̄ poteſtatē efficiēdi non per incrementa indultarū ad vnumquodqz opus viriū ſumeret: ſz de cognitione pſumeret. Preſumeret autē non de aliquo operis corporalis exemplo. vt qđ pater prius faceret, id poſtea filius facturꝰ eſſet: ſed quū ex patre filius natus eſſet: p virtutis ac nature in ſe paterne conſcientiā nihil qđ patrē faciētē vidiſſet, filiū poſſe facere teſtatus eſt: non eniz corporalibus modis deus videt: ſed viſus ei oīs in virtute nature eſt. vide de conſe. di. v. c. ſi. Jtem Aug. ij. de trini. hoc autē ſi proprie dictū acceperimus qr in forma accepta ex creatura minor eſt filius: cōſequēs erit vt prior pater ſupra aquas ambulauerit: ⁊ cetera fecerit que filius in carne apparens inter hoīes fecit: vt poſſit ea filius facere. Quis autē vel delirꝰ iſta ſentiat? Jtē Augu. ſuper Joan. Joā. vj. Ambulatio tñ illa carnis ſupra mare a patre fiebat per filiū: qñ enim caro ambulabat: ⁊ diuinitas filij gubernabat: pater abſens non erat. quū filius dicat Jo. xiiij. Pater in me manens ipſe facit opera. Quum ergo dixiſſet Jo. v. Non poteſt filius a ſe facere quicq̃z: ne forte carnalis arriperet intellectus vt faceret ſicut homo: quaſi duos fabros vnū magiſtrū alterū diſcipulū: vt qūo ille fecit arcā: iſte facit alterā ſecutus eum: ait Jo. v. Quecunqz ille fecerit, ⁊ filius ſimiliter facit. Non ait quecunqz pater facit, ⁊ filius alia ſimilia facit: ſed hec eadē. Mundū pater, mundū filius, mundum ſpirituſſanctus fecit. Unus muudus factus eſt a patre per filiū in ſpirituſancto. Hec ergo eadē facit. Silr̄ autez addidit ne alius error in animo naſceretur. Uidetur enim corpus hoc idē facere qđ animus: ſed non ſilr̄. Animus enim imperat corpori: corpus viſibile eſt: animus inuiſibilis: vt ſi aliqđ ſeruus iubente dño fecit: idē ab vtroqz factū eſt, ſed nunquid ſilr̄? non. ergo ſic pater ⁊ filius. Sed ⁊ hec eadē facit ⁊ ſilr̄ facit: vt intelligamus ſimili potētia facere filiū eadē ipſa que facit pater. Equalis eſt igif patri filius. Jtē Chryſo. Quia dicif Joā. v. A ſeipſo non poteſt facere quicq̃z: intelligendū eſt qr nihil cōtrariū patri, nihil alienū ab eo facere poteſt. Jdeo āt non dicit qm̄ nihil contrariū facit: ſed qm̄ non poteſt facere: vt hinc oſtendat ſimilitudinē ⁊ certitudinē parilitatis. Non imbecillitatē filij: ſed multā eiꝰ virtutem oſtendit hoc verbū. Sicut enim quū dicimus impoſſibile eſt deū peccare: non imbecillitatez eius accuſamus: ſed ineffabilem quandā eius virtutem teſtamur. Jta quū dicit filius non poſſuz a meipſo facere quicq̃z: dicit ꝙ impoſſibile eſt eum facere aliquid contrariū patri. Jtē Aug. contra ſermonem Arrianoꝝ. Hoc aūt nō deficientis eſt: ſed in eo ꝙ de patre natus eſt permanentis. Tanq̃z laudabile eſt oīpotentē non poſſe mutari: q̃z laudabile eſt ꝙ oīps non poteſt mori. Poteſt enim filius facere quod nō vidiſſet patrem facientem: ſi poſſet facere qđ per illū non facit pater: hoc eſt ſi poſſet peccare. Neqz enim nature immutabiliter bone que a patre eſt genita cōueniret. Hic aūt qr non poteſt: non deficienter nō poteſt: ſed potenter. Jtem Jo. vj. Sicut miſit me viuēs pater: ⁊ ego viuo propter patrē. vbi Chryſo. Ac ſi dicat. Uiuo ego ſicut pater. Et ne ingenitū exiſtimes: adiecit, propter patrē: patrē eſſe principiū occulte inſinuans. Et Aug. Quia ipſe de illo eſt ſine detrimento equalitatis dictū eſt. Nec tñ noſtrā eandē ⁊ ſuaz equalitatē ſignificauit: ſed gratiā mediatoris oſtendit. Si aūt ſm̄ id accipimus, Uiuo propter patrem, ꝙ alibi ait, Pater maior me eſt. hec verba dixit, Sicut miſit me. Joā. xiiij. ac ſi dicat. Ut ego viuā ꝓpter patrē. i. ad illū tanq̃z ad maiorē referā vitā meā: exinanitio mea fecit: in qua me miſit. Ut aūt quiſq̃z viuat pp me: participatio facit: quia manducat me. de conſe. di. ij. in chriſto pater. Jtez Jo. xiiij. Philippe, qui videt me: videt ⁊ patrē. Hilarius. vij. de trin. Solemus eniz de ſimillimis duobus ita loqui. Uidiſtis iſtū? vidiſtis illū. Sic ergo dictuz eſt. Qui videt me: videt ⁊ patrē. Non ꝙ ipſe ſit pater ⁊ filius: ſed ꝙ a patre ſimilitudine in nullo prorſus diſcrepet filius. Non autem hic ille viſum oculoꝝ carnaliuz ſignat. Non enim hoc qđ ex partu virginis carnale eſt: ad contemplandā in eo dei formā ⁊ imaginez proficit. Sed intellectus dei filius, id preſtat: vt intellectus ⁊ pater ſit: vt dñica imago eſt: vt non differat genere: ſed ſignificet authoritatez. non enim ſolitariū ſermo ſignat: ⁊ indifferentem tñ naturam profeſſio docet. Quū enim dicif ⁊ pr̄em: excluſa eſt ſingularis atqz vniti intelligentia. Et quid reliquū eſt: niſi per nature vnitā ſimilitudinem pr̄ p filiū viſus ſit? Que em̄ ignorandi patrem aut oſtendendi ignorantibus neceſſitas relinquebaf: quū pater in filio viſus eſſet ex proprietate nature: dū ex indifferentia vnitatis vnū ſint natus ⁊ generās? vt hic ſermo dñi ſequeref Jo. xiiij. Nō credis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Pater autem in filio: ⁊ filius in patre: non p duplicem cōuenientiū generū coniunctionem: neqz p inſitam capacioris ſubſtantie naturā: quia p corporalez neceſſitatem exteriora fieri ijs quibus continentur interiora non poſſunt: ſed per natiuitatem viuentis nature ex viuente: dum non aliud ex deo q̃z deus naſcitur. Naturā eniz ſuā (vt ita dicā) ſequif indemutabilis deus indemutabilem gignens deū: nec naturam ſuā deſerit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subſiſtentem igif in eo dei naturā intelligimus: quū in deo deus inſit: nec preter eum qui eſt deus, quiſq̃z alius deus ſit. Quod āt dicif in eodē. c. Joā. xiiij. Pater maior me eſt ſupra expoſui. ver. ſed preuaricatores. vnde ibi Aug. Per quod ergo filius non eſt equalis patri: per hoc erat iturus ad patrem: a quo ⁊ venturus eſt iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Per illud autem in quo eſt equalis gignenti: nunq̃z recedit a patre: ſed cum illo eſt vtiqz totus pari diuinitate quam nullus continet locus. Jpſe ergo filiꝰ dei equalis patri in forma dei: quia ſemetipſum exinaniuit. Phil. ij. non formam dei amittens: ſed formam ſerui accipiens: maior eſt

etiam ſeipſo:qꝛ forma dei maior eſt q̄ amiſſa non eſt, q̄ꝫ forma ſerui que accepta eſt. Hec igiꝶ eſt forma ſerui in qua dei filius minor eſt non patre ſolo ſed etiaꝫ ſpirituſancto. ẜꝫ hanc formã ſerui puer chriſtus etiã parentibus ſuis minor erat:qñ paruus maioribus. ſicut ſcriptũ eſt Luc.ij.ſubditus erat. Agnoſcamꝰ igitur geminã chriſti ſubſtantiã: diuinã.ſ. qua equalis eſt patri:humanã,qua maior eſt pater: vtrunqꝫ autẽ ſimul non duo,ſed vnus chriſtus:ne ſit quaternitas: ſed trinitas deus. Ideo ergo dixit Io. xiiij. Si diligeretis me: gauderetis vtiqꝫ:qꝛ vado ad patrem:qꝛ nature humane gratulãdũ eſt eo ꝙ ſic aſſumpta eſt a verbo vnigenito: vt immortalis conſtitueretur in celo:atqꝫ ita fieret ſublimis: vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexterã patris. Quis non hinc gaudeat:qui ſic diligit chriſtũ vt ⁊ ſuã naturã iã imortalẽ gratuletur in chriſto: atqꝫ ipſum ſperet futurũ eſſe per chriſtũ? Subtilior expoſitio p̄cedenti illius verbi, Pater maior me eſt. Itẽ ibi Hilarius.ix. de trin. Si donantis authoritate pater maior me eſt: nunqd per doni confeſſionẽ minor filius eſt? Maior itaqꝫ donans eſt: ſed minor iã non eſt cui vnuꝫ eſſe donatur. Hec vnitas ⁊ non maioritas per aliqua exẽpla manualia,lꝫ multũ a trinitate ineffabili differentia, aliqualiter intelligi poteſt. Quia radius ſolis minor ſole non eſt:quia vnũ cũ ipſo: ⁊ in ipſo: ⁊ de ipſo eſt. Nec ſapientia ſapiẽte. Nec cogitatio cogitãte. Nec virtuoſo virtus. Nec ars artifice. Sicut enim artifex nihil operatur ſine arte ⁊ ſapientia ſua: imo priꝰ oĩa operaꝶ in arte:⁊ poſtea ꝯſequenter in opere: ita ⁊ pater nihil agit ſine filio. Sed prius oĩa in ipſo fecit ſicut in arte:⁊ conſequenter oĩa fecit ꝑ ip̄ꝫ in opere. Heb.j. Per quẽ fecit ⁊ ſecula. vnde Aug. Ipſe eſt ars dei oĩpotẽtis plena oĩm actionũ. Nec oculus vidente. Nec candor niue. Nec verbũ gignente. Nec vultus imprimente. Nec imago ſignante. Nec brachium forti. Nec nomen nominante. Nec intellectꝰ intelligente. Nec ſplendor igne. Nec eſſe ente. Nec ſpeculum ſpeculante. Nec odor odorante. Nec truncus radice. Nec notitia notificante. Nec puritas puro. Nec ſumma bonitas ſummo bono. Nec charitas diligente. Nec ſimplicitas ſimpliciſſimo. Nec perfectio perfectiſſimo. Nec enim pater deus filium generauit qui eſſet aliud q̄ꝫ deus:hõ enim hoĩem generat: deus deum:q non eſt alius deus: qꝛ vnus eſt deus:ſed eſt alius a patre:qꝛ filius nõ aliud:qꝛ deus. ex̄ de ſum.trin.c.ij.§.licet.⁊.c.j.§.hec ſancta. Non ergo filius minor patre ẜm diuinitatẽ: qꝛ idipſum eſt in maieſtate cũ patre. Maledictꝰ ergo Arrius de cuius errore.xxiiij.q.vlti.quidã.℣.arriani. cũ ſua ſobole.cuius pena ẜm Aug.indeterminata eſt: qꝛ creſcet eius pena vſqꝫ ad diẽ iudicij:ꝓꝑ pcm̄ ſequentiũ dogma ſuũ peſtiferũ.facit qđ no.xxiij.di.qui ep̄s. in gl.j. creationẽ.apud inferos: qꝛ eius venenoſa doctrina totũ fere orbẽ depopulata eſt.xxiiij.q.iij. reſecãde. qꝛ negat filium patri equalẽ:⁊ q negat filium patri eq̄lem:negat deum patrẽ habere deum filium coequalem. Impius enim ille Arrius p̄ſbyter Alexandrinus confitetur deum patrẽ: ⁊ ſterilem eum facit: vt filium connaturalem ⁊ coequalem non gignat. p̄s. ſed mentita eſt iniquitas ſibi. p̄s. xxvj. qꝛ dicit dñs Eſa.lxvj. Nunqd ego q alios parere facio:ipſe nõ pariã? Vñ ⁊ ſenior ep̄s de ſanctis ait contra Arrium. Maledicta ſit ꝑfidia Arrij q patrem oĩpotenteꝫ ſterilem facit. vñ de filio dei diciꝶ Michee.v. Et egreſſus eius ſicut a diebꝰ eternitatis. ⁊ Oſee.vj. Quaſi diluculum p̄paratus eſt egreſſus eius:⁊ veniet quaſi imber tꝑaneus nobis:⁊ ſerotinus terre.⁊ p̄s.ij. Ecce ego hodie genui te. Se enim pr̄ cognoſcendo gignit filium.⁊ ideo dicit hodie. Et qꝛ ſꝑ fuit pr̄: ideo dicit genui.qꝛ in principio erat verbum. Io j. ⁊ verbum filius erat apud deum patrem ꝑ generationeꝫ eternã.⁊ ideo dicit erat: qđ eſt verbum ſubſtãtiuum quia filius homouſion.⁊ deus erat verbum:qꝛ deus filius de deo patre abſqꝫ initio ⁊ fine. Hec eſt ꝯfeſſio orthodoxa Niſſeni concilij.cccxviij.patrum:vbi Arrius impius hereticus cum ſuis hereticis diſcipulis condemnaꝶ:vt habeꝶ.xv.di canones.℣. hoꝝ prior. ⁊.xvj.di.c.ſexta.℣.prima aũt. Hec ꝯfeſſio Athanaſij greci doctoris luciđiſſimi orientis ⁊ pro hac virtute cõfeſſoris clariſſimi in ſymbolo: Quicunqꝫ vult. Ac deinde ꝯfeſſio pape Innocentij.iii.theologi doctiſſimi in generali ꝯcilio declarãtis. Firmiter credimus. ex̄ de ſum.tri. Cõfeſſio ꝯcilij Carthaginenſis.iiij. cui interfuit Aug.xxiij.di.q ep̄s. Poſtremo ꝯfeſſio Clementis pape.v.in ꝯcilio Viennenſi.ex̄ de ſum. trini. fidei catholice. in cle. Pro hac ꝯfeſſione ꝯfeſſores ⁊ martyres inclyti effecti ſunt diuerſis orbis climatibus quãplurimi orthodoxi:vt eccleſiaſtica ⁊ triptita narrat hiſtoria ⁊c. Hic adde qđ legiꝶ ⁊ no. ex̄ de ſum.tri.c.ij.de cele.miſ. in quadã. de hereti.cum chriſtus. ⁊.xxiiij.q.iij.quidã.℣.bonoſiani.⁊ ℣.carpotraciani.⁊ ver.alogij.⁊ ver. pauliani. ⁊ ver. boetiani. ⁊ verſicu.ſabelliani.⁊ verſi.neſtoriani.

Sed etiã o mater ecclia etiam ore quot ſunt intra ſinum tuum exteriorem: q ſponſum tuum chriſtum in quem ſe dicunt credere,blaſphemant.vt dicaꝶ eis. Tota die nomen meum ꝑ vos blaſphemaꝶ. Eſa.lij. xlv.di.de iudeis.j.ad Timo.vj.xxiij.q.v. cum caput. de qua blaſphemia ex̄ de maledi.c.ij. In noĩe eiꝰ peierãt. Per membra eius iurãt: q eſſent capite plectẽdi ẜm legem.vt legiꝶ ⁊ no.xxij q.ij.ſi quis ꝑ capillũ. Falſas accuſationes cõponunt.de ijs.iij.q.iiij. ꝑ totũ ij.q.viij.ꝑ totum. ⁊.ij. q.iiij. Falſa teſtimonia proferunt.iiij.q.iij.q falſo.ex̄ de crimi.fal.c.j.xj.q.iij.nolite. Corpus dñicum ſuꝑ quolibet ℣bo allegãt ⁊ dilacerãt mendaces fallaces duplices.xxij.q.ij.§.ille.c.primum.⁊.q.iiij.§.ex his. Ore diligentes chriſtum:ſed lingua mentiti ſunt ei: qꝛ nunq̄ꝫ in ea eſt chriſtꝰ. Io. xiiij.q veritas eſt.di.viij.ſi conſuetudinem. Ora talium diaboli ꝯfeſſoꝝ,quia tota die eũ habent in ore, maxime Hiſpani q in quolibet fere ℣bo dicunt,demon. Ora draconis beſtie ⁊ pſeudo prophete. de q̄bus Apoc.xvj. Virus ſeminãt:proditiones ſubordinant ⁊ diſcordias inter fr̄es. Prouer.vj.xlvj.di.ſeditionarios.p̄s.xvj. Ora eoꝝ loquunꝶ ſuꝑbiã. Eoruꝫ lingua magniloqua.p̄s.xj. Labia eoꝝ doloſa. Lingua eoꝝ gladius acutus.⁊ p̄s. xiij. acuunt linguam ſuã ſicut ſerpentes. venenum aſpidum ſub labijs eorum.de pen.di.j.c.periculoſe. Adulatores.xlvj.di. clericus q.xxij.q.ij.primum. Molliunꝶ ſermones ſuos ſuꝑ oleum:⁊ ipſi ſunt iacula.ẜm Dauid p̄s.liiij. quia beatificantes alios, deceptores ſunt ⁊ proditores. xlvj.di.ſunt nonnulli. Turpia etiã eoꝝ colloq̄a q̄ bonos mores corrumpunt ẜm Paulum.j.ad Corin. xv.vt no.xxxvij.di.turbat. Vere lingua multoꝝ plena veneno mortifero. Iaco.iij. vbi ſatis de iſta mala lingua. Murmuratores ſunt contra deum ⁊ eius rectores. Exo.xvj.j.ad Corin.x. Iudicatores hoĩm añ tp̄s.j.ad Corin.iiij.ij.q.j.multi. Contumelijs ⁊ iniurijs alios contriſtantes. De verbis otioſis de q̄bus in die iudicij rõ eſt reddenda. Mat.xij.xxij.q.ſi.c.pe

nul.ꝯſcientiā nō hñtes.ꝯtra aplm̄ Roma.xij. Maledicentes: nunq̄ȝ benedicentes.xxiiij.q.iij.§. illicita.cum.c.ſeq.ꝛ.§.ſed q pro ꝑſecutoribus. cū.c. ſeq.ꝛ c.deus qñ maledicit.Cōtra ꝯſuetudinē eccliē ꝯtēdētes.j.ad Corin.xj.Contra veritatē diſputātes. xxiij. q.vj.vides.iij.q.vij.§.tria.ver.ſi qs a deo. ꝛ determinantes.Falſa patrocinia ꝛ ꝯſilia īpendētes. xj. q.iij. nō licet. Iniquas ſententias dei timore poſtpoſito proferentes.xj.q.iij.tunc vera. ꝛ c.quatuor. Pauperes exaſperantes.xxv.diſt.§.alias aūt.ver.q ſūt. Se laudantes.xj.q.iij.ſi qs Vo.vbi de hoc.xxviij.q.ij.qdā monachoꝝ. Muti ad deū laudādū:ora hiantes ad rumores dicendū ꝛ detrahendū.de pe.di.j.homicidioꝝ. Sed ꝛ quot ꝛ clerici religioſi ꝛ ꝑlati cū talibus linguis peſtiferis dicunt horas canonicas ꝛ deū laudare videnť: imo potiꝰ irrident ꝛ ſubſannāt. vñ ps.xlix. Peccatori āt dixit deus: quare tu enarras iuſtitias meas ꝛc.iij.q.vij.§. tria ver. idē teſtať. quia ꝛ de vno fonte non ꝓcedit aqua amara ꝛ dulcis:nec de vno ore maledictio ꝛ benedictio. Iac.iij. Vñ ꝛ dñs talibꝰ benedictionibꝰ maledicit.j.q.j.maledicā.ꝛ officia taliū ꝛ feſta eoꝝ odit aīa eiꝰ ꝛ ꝓijcit. Eſa.j. xxiij.q.j.odi.ꝛ kalendas eoꝝ nō recipit. Labijs chriſtū honorare videnť: ſed cor eoꝝ longe eſt ab eo. Eſa.xxix. Mat.xv. Literaꝫ mortuā proferūt: quā nec intelligunt,nec attendunt: de viuificāte ſpiritu nō curantes.j.Corin.xiiij. Orabo ſpū: orabo ꝛ mēte.ꝛ ſequiť ibi.Sȝ in eccleſia magis volo quinq̄ȝ verba meo ſenſu loq: vt ꝛ alios inſtruā:q̄ȝ decē milia Ꝟboꝝ in lingua.ij.ad Corin.iij. Multa verba pſalmoꝝ proferunt:ſed parū colligunt.de ꝯſec.di.v. non mediocriter. q2 grano iungunt zizania. Mat.xiij. Mens eoꝝ plena iniquitate, caret ſuauitate. Currunt ꝛ ſyncopizant offm̄.ex̄ de cele.mis. dolentes.q2 nō hñt ad deū deſideriū nec aīum:quū mortuo ſono verboꝝ credunt deo ꝛ ꝯſcientie ſatisfacere: ſed ipſuꝫ videnť potius deridere.deus enim ſpūs eſt:ꝛ q ipm̄ adorant: in ſpiritu ꝛ veritate adorant. Ioā.iiij.quia ſurſuꝫ corda.de cōſe.di.j.qñ.ꝛ in veritate.i. abſq̄ȝ iniquitate orant.ad hec.xxxviij.di.ſedulo.xcij.di. cantātes.de conſe.di.iiij.ſi nō ſanctificať. Et hoc eſt quod ꝑcipit ꝯciliū ecclie generale q ꝑ obedientiā oēs clerici, quoꝝ ēt noīe religioſi intelligunť. xvj.q.j. legi. xij.q.j.duo offm̄ diurnum pariter ꝛ nocturnū dicere teneať quantū cū deo poterunt attente pariter ꝛ deuote.extra de cele.mis.dolentes. Sed q̄ attentio pōt eſſe vbi cor non eſt? vt hodie quaſi quilibet poſſit dicere cū ps.xxxvij.Et cor meū dereliquit me: ꝛ ipſuꝫ non eſt mecū.Extra ſe eniꝫ quaſi oēs vagať: ꝛ vix inueniť qui ꝭȝ Dauid conuertať ad cor:ꝛ in ſe: ſicut filius prodigus fecit. Luc.xv.nec qui ſecū habitet: ſicut chriſticola Benedictꝰ relinquens peſtiferos cucullatos qui porrexerant ei venenum.vij. q.j.§. hoc tunc.in fi.ꝛ.xviij.q.ij.§.ecce. nec qui cor deo tribuat: qd̄ a nobis principaliter petit deus dicens. Prebe mihi fili cor tuū. Prouer.xxiij. Quis hodie poteſt dicere, Clamaui in toto corde meo: exaudi me dñe. ps.cxviij. Nec qui dicat, In toto corde meo exquiſiui te. ps.cxviij. Noſtrū enim cor intra nos diuiſum eſt:ꝛ ideo interimus. Oſee.x.ꝛ prauum eſt ꝛ inſcrutabile ꝛ malitia plenū. Hiere. xvij. Non enim coraꝫ deo noſtro rectū eſt cor noſtrū: nec fideles ſumus in teſtō eius.ps.lxxvij.Cordis munditia receſſit a nobis: ꝛ ideo non videmus deū. Mat.v. Si cor cōtritū ꝛ humiliatū eſſet,ꝭm Dauid, ꝛ ſpiritus ꝯtribulatus.l.di.pōderet.attentū eſſet in oratione. ſed cor noſtrū eſcis nō gratia ſtabilitū eſt. Hebr.xiij.ꝛ ideo mobile ꝛ vagū eſt.ꝛ in corde ꝛ non corde loquimur. ꝭȝ Dauid. Et ideo Cyprianus martyr dicebat. Quando ſtamus ad orationē: inuigilare ꝛ incūbere ad ꝑces toto corde debemus: cogitatio oīs carnalis ꝛ ſecularis abſcedat: nec quicq̄ȝ tunc aīus q̄ȝ id ſolū cogitet qd̄ ꝑcať. Ideo āt ſacerdos ante orationē ꝑfatione ꝑmiſſa parat fratrū mentes, dicendo ſurſum corda: vt dū rñdeť, Habemus ad dñm: admoneamur nihil aliud q̄ȝ deum cogitare debere. Claudať cōtra aduerſarium pectus nr̄m:ꝛ ſoli deo pateat: nec ad ſe hoſtē dei tp̄e orationis venire patiať.de ꝯſe.di.j. qñ. Immo ēt ꝭm Berñ.in canticis.nedum malum maxime tp̄e pſalmoruꝫ cogitare non debemus: ſed nec aliud bonum q̄ȝ verboꝝ pſalmoꝝ quos canimꝰ intellectum:q2 pſallā ſpū pſallā ꝛ mēte.j. ad Cor.xiiij. q2 propria proferimus Ꝟba pſalmoꝝ: vt ea intelligamus:nec alias cogitationes quantumuis bonas miſceamus: q2 ſpirituſſanctus ſimplex oīno in illo tp̄e de alio q̄ȝ de ſenſu litere pſalmoꝝ ſeruiri ſibi non vult.vñ Hiero ad Ruſticum monachum. Dicať ad verbū oratio: ſine intermiſſione vigilet ſenſus: nec vagis cogitationibus ſit patens: corpus pariterq̄ȝ animus tendat ad deum.de conſ.di.v. nunq̄ȝ.in ꝑn. vbi de hoc.in gloſ.j.iuxta verbum. ꝛ ſequiť in eod.c. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus: que ſi peccato inſederint: dñabunť tui. ps.xviij. ꝛ te deducent ad delictum maximum ꝛc. Predicta vera ſunt niſi per exceſſum pſalmodiando extra ſe mens aliqñ rapiať: ꝛ tunc deo fruať: ſed ceſſante guſtu ad ſe reuertať: ꝛ de intellectu verboꝝ que profert dño obſequať. Sed qūo poſſumus mentē tenere in officio quā mūdo vendidimus q̄ etiā ſeminauimus in corde añ pſalmoꝝ decātationē cum mundo loquendo ꝛ mundo ꝯuerſando: hec in eis metemus. gl.vj. Cor dedimus añ offm̄ vagationibus,cogitationibꝰ malis, ꝛ affectionibus carnalibus, tp̄e orationis talia metemus: ꝛ q2 cor nō cuſtodiuimus ante offm̄ diuinum:ideo ipm̄ in eo attētum tenere non poſſumꝰ. Quales ergo ꝭm Io. caſſia.in collatione de oratione.i.nos in oratione inueniri volumus:tales añ orationē ſimus.ſup cordis cuſtodiā ſtemus. Abachuc. ij.c.Audiamus quid loquať in nobis dñs deus ꝭm Dauid ps.lxxxiiij.qm̄ loqueť pacē. ꝛ ſanctas cogitationes ꝛ deſideria inſpirat ꝛ ꝯtritiones: ꝑ q̄ vitia expellunť.xxxij.q.j.cū renuntiať.q̄ faciunt guerrā cordi. Et audiamꝰ quid loquať in nobis luridus Behemoth. qm̄ loqueť guerraꝫ malas cogitationes ꝛ deſideria carnalia vel ſecularia. ad Tit.ij.in cordibꝰ exufflando. Si enim intrauit in cor Iude ſimonis ſcariothis vt ſuum proderet redēptorē. Luc.xxij.in prin.ibi. Intrauit autē ſathanas in Iudā. vbi Titus. In Iudā ſathanas intrauit:nō ipellens:ſed patulum inueniēs oſtium. nā oblitus oium q̄ viderat. ad ſolā auaritiā dirigebat intuitum. Itē ibi Beda. Non eſt āt huic ꝯtrarium qd̄ Io.dicit Ioā.xiij.poſt buccellā intraſſe in eum ſathanā: quia nunc intrauit vt qd̄ erat alienum tentaret: tunc āt vt quaſi proprium ad quecunq̄ȝ vellet agēda attraheret. Et Io. xiij. ibi. Cum diabolus iā miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas ſimonis ſcariothis. Vbi Aug. Miſſio iſta ſpiritualis ſuggeſtio eſt: ꝛ non fit per aurem: ſed per cogitationem diabolice ſuggeſtiones immittunť:ꝛ humanis cogitationibus immiſcenť. Factum ergo iā fuerat in corde Iude ꝑ imiſſionē diabolicaꝫ vt traderet diſcipulus magiſtrum. Et in eodē.c.ibi.

Et poſt

Et poſt buccellā introiuit in illū ſathanas. vbi Orige. Attende. de primo quidē nō introiuit ſathanas in Iudā: ſed immiſit in cor eius ſolū vt pderet pceptorē. poſt panē autē in eum ingreſſus eſt. quāobrē nobis cauendū eſt ne diabolus intrudat in cor nr̄m aliquod ignitorū ſuorū telorū. Nā ſi intruſerit: inſidiatur deinde vt ⁊ ipſe introeat. Itē Chryſ. Donec eñ fuit in collegio: non audebat inſilire: ſed extrorſum immittebat. qñ vero eum manifeſtum fecit ⁊ expulit: libere de cetero in eū inſiliuit. Item Auguſt. Vel intrauit in eū: vt ſibi iā ſubditū plenius poſſideret: neq enim non in illo erat qñ cū iudeis de precio tradendi dñm pactus eſt. quū Lucas dicat. Luce. xxij. Intrauit autē ſathanas in Iudā: ⁊ abijt: ⁊ locutus eſt cū principibus ſacerdotū. Talis iā venerat ad cenādū: ſed poſt panē introiuit in eum: non ad hoc vt alienū tentaret: ſed vt proprium poſſideret. Itē ibi Orige. Decebat enim, vt exiſtimo, per panis exhibitionē auferri ab eo bonū qđ ſe habere credebat: quo priuatus factus eſt capax ingreſſus ſathane in ipm. Dicunt autē aliqui. Ita ne meruit panis porrectus de menſa chriſti: vt poſt illū intraret in diſcipulū ſathanas? Quibus rñdemus hinc potius nos doceri q̄ʒ ſit cauendum male accipere bonū. Si eniz corripitur q non dijudicat. j. ad Cor. xj. hoc eſt, non diſcernit a ceteris cibis dñi corpus: merito a dño dānatur qui ad eius menſam fingens ſe amicum accedit inimicus. ad hec de conſ. di. ij. ⁊ ſancta. ſicut ēt tentauit ſathanas Ananiā ⁊ Saphyrā: vt de precio agri venditi Petro apl'o mentirenſ: ⁊ ab eo necarentur. Act. v. xxiij. q. viij. legi. ⁊. c. petrus. Iſte eſt ille inimicus hō: q hoiem decipit: q ſeminat inter triticū bonarū cogitationum quas immittit dñs zizania turpiū ⁊ vitioſarū affectionū ⁊ intentionū. Mat. xiij. Iſte enim aduerſarius ſathan maxime pſalmorū ⁊ orationis tpe ſeruos dei nitiſ impedire: q nil eū ſic percutit, ſic eneruat, ſicut oratio corā deo. Ignita eniz oratio ⁊ fidelis ignis demonū eſt: ⁊ victoria contra eos. xxxvj. di. ſi quis. Ibi enim corā tribunali chriſti deuota aia aduocat contra eos: impugnat eos: alliſit eos: incendit eos: detinet eos: diſcooperit eos. ſic Publius monachus orans continue decē diebus miſſum demonē a Ceſare Iuliano apoſtata in occidentē detinuit ne tranſiret. ſpūs demones ab oratione q̄ fit in ſpū repelluntur: ſubtiliores enim demones ⁊ robuſtiores oratione pennata pelluntur. Mat. xvij. ⁊ Mar. ix. ibi. Hoc āt genus non eijciſ niſi oratione ⁊ ieiunio ⁊c. vbi Remigius. Oratio intelligēda eſt generalis q̄ in pijs ⁊ bonis operibus conſiſtit. de q̄ dicit apl's. Sine intermiſſione orate. j. ad Theſſa. v. xxxj. di. tenere. ⁊. c. ſi laicus. Idem Mar. ix. ⁊ Luc. xviij. Opz ſp orare. penne aūt orationis q̄ faciūt eā volare: ſunt ieiuniū ⁊ eleemoſyna. vñ Iſidorus. Facilius per ieiuniū oratio penetrat celos. Itē Chryſ. Infirma eſt oratio q̄ eleemoſynarū largitate non eſt munita. vñ Heſter. xv. Heſter oratura regē Aſſuerū induta habitu regio cū duabus famulis intrauit ad ipſum Heſter q̄ interpretaſ eleuata: ſignificat animā deuotā: q̄ eleuat ſe interius contra ſe: ⁊ q ēt interptaſ abſcondita: q̄ eſt oratio que ſe occultat. Mat. vj. Ora patrē tuum in abſcondito. Tob. xij. Bona eſt oratio cū ieiunio ⁊ eleemoſyna. Sic a Moyſe orante vinciſ Amalech. Exo. xvij. xxxvj. diſt. c. vlti. a Iudith Holofernes. Iudith. xiij. A machabeis hoſtes. vt in lib. Macha. legiſ. ab Heſter inimici iudeorū maxime Aman. Heſter. vij. a magno Antonio egyptio ⁊ Bartholomeo apoſtolo demones. a Petro ⁊ Paulo Simon magus. vt in legenda eorū dicitur. Et hec eſt ratio principalis quare etiā fideliter ⁊ deuote orātes magis q̄ʒ alio tpe vagationes ſentim⁹: q a demonibus tunc amplius impugnamur. Et nota q ante introitū officij premittimus ver. Deus in adiutorium meum intende. pſ. lxix. de quo. vij. q. pri. §. hec aūt. q ſicut dicit gloſ. ſuper predicto verſi. hic verſiculus ante oēs horas in initio diciſ: q quū orare debemus: maxime tunc tentare nititur diabolus, vt muſce morientes perdant ſuauitatē vnguenti. Eccl. x. quare ante oia contra illius inſultus auxilium a dño poſtulamus. Sed ſi impugnamur: ſignū eſt q pugnamus, ſm Climacū, maxime in oratione que pregrandē hʒ laborē ⁊ pugnā. vera igiſ oratio, vera eſt chriſti confeſſio. veri enim oratores veri confeſſores. Quis enim vere confiteſ deū creatorē, redēptorē, gubernatorē, remuneratorē, condēnatorem, profectorē, ⁊ defenſorē, adiutorē, confortatorē, liberatorē, boni inſpiratorē, ⁊ tandē glorificatorē: niſi q eum orat in ſpiritu ⁊ veritate. Io. iiij. Quis enim cognoſcit ſe ⁊ deum: niſi orans ſpiritu: quis deum ſentit: quis in eo confidit ⁊ ſperat: credit ⁊ amat: ⁊ regratiaſ: niſi orans mentaliter. Que magis cōfeſſio: q̄ʒ continua oratio: preſſum acidia ⁊ dormitatione ⁊ pugna non recedere a deo: ſed cum eo colluctari. hec dei latria, dei gloria, gemitus, planctus, dolores coram eo, ⁊ ſancta ſuſpiria ⁊ ſingultus.

Dionis vires.

Sed de cōfeſſione reali operis quid dicamus hodie: niſi qđ dicit Apoſtolus ad Tit. j. labijs me honorant ⁊c. Eſa. xxix. ⁊ Matth. xv. Confitenſ ſe noſſe deum: factis aut negant. Negaſ autē virtus per vitiū. ⁊ quoties bonū agimus: confitemur deū. ⁊ quoties malū: toties deū negamus. xj. q. iij. exiſtimant. xxj. q. v. cauete. vñ Bern. Putas ne filiū dei reputat ieſum quiſquis hō ille eſt, qui nec ipſius terreſ cōminationibus: nec attrahitur promiſſionibus: nec pceptis obtemperat: nec conſilijs acquieſcit: nonne talis noſſe ſe deum fateſ: factis autem negat. vñ ⁊ dñs ad opera nos remittit. Io. x. Si mihi non vultis credere: operibus credite. ⁊ Iac. ij. Oſtendā aūt tibi ex operibus fidem meā. vñ ⁊ ibi diciſ. Fides ſine operibus mortua eſt. de pen. diſt. ij. ſi enim. ⁊ ex̄ de ſacra vnc. c. vnico. §. refert. ad Ro. ij. vbi de hoc. Tota hodie dei eccleſia in oī ſtatu plena eſt verbis ſterilibus: ⁊ quibuſdā exterioribus cerimonialibus apparentijs. nā quicquid predicent religioſi ⁊ clerici ⁊ cantent ⁊ celebrent ⁊ legant alijs: nullus eorū ſatiaſ honoribus: impleſ pecunijs: repletur comeſſationib⁹. exulat puritas. malitia triumphat. mendaciū inundauit. auaritia in capite oīm. ad literā impletum eſt. Amos. ix. id eſt in prelatis. qui ſunt capita aliorum. Amos. vj. Optimates capita pploꝝ. j. Regum. xv. Nonne quū paruulus eſſes in oculis tuis caput tribubus iſrael factus es. vel in capite. i. in mente. extra de ſacra vnc. c. vnico. §. refert. quia radix eſt auaritia in cordibus ⁊ mentibus omniū. Hiere. vj. A minori quippe vſq ad maiorē oēs auaritie ſtudent: ⁊ a propheta vſq ad ſacerdotē cuncti faciunt dolū. ⁊ Hiere. viij. A minori vſq ad maximum oēs auaritiā ſequunſ. A propheta vſq ad ſacerdotē cuncti faciunt mendaciū. Pudicitia vix inuenitur. Superbia dilatauit ſolium. Nedū receſſit humilitas a cordib⁹ q̄ſi oium: ſed nec agnoſcitur qđ ſit. Eſt autē humilitas ſm Bern. virtus ai in nullo ſe preferens: nihil boni ſibi adſcribens: exterius etiā deiectionis habitū de-

ferens.j.ad Cor.iiij. Quid habes qđ non accepiſti? Regnat crudelitas. Pietas nō apparet. Pro obolo negatur deus. Spes in celeſtibus non eſt. Unuſquiſq; ſe diligit carnaliter. ſm illud. ij. ad Timo.iij. Et erunt hoīes ſeipſos amantes. Prudentia ſpūs ſoliuaga incedit. Prudentia carnis que eſt mors. Rom.viij.in curijs dñoꝝ eſt. Tēperantia eſt vbi copia non eſt. Sōnus occupat totā noctē ⁊ partē diei. Fortitudo cedit tentationibus. Uilis ⁊ breuiſſima ⁊ vmbratilis oratio ſi qua eſt in pcō eſt.de pen.di.iij. nihil profuit charitas.i.amor ſui contra.de pen.diſt. ij.charitas.iij.nunc ſemp excidit,ſed vera nunq̄ excidit.j.ad Corin. xiij.nullus perſeuerat in bono incepto.vij.q.j ſuggeſtū. Oēs manū ponunt ad aratruz ⁊ retro aſpiciunt.de pen.di.ij.pennata. Luc.ix.in fin. Luctus in carnis gaudiū verſus eſt. Zelus paupertatis in aurū mutatus eſt. Manſuetudo ſimulata crebras vindictas facit. Mīa ad celū redijt:⁊ ibi p̄deſtinatos expectat. Stabiliuit ſedē infelix martyriuz vitioꝝ. Confeſſores adulatores facti ſunt. Obedientia concupiſcentias ſuas ſequitur. Eccl.xviij. Si preſtes aīe tue concupiſcentias faciet te in gaudiuz inimicis tuis.xlviij.di.virū. Senſus peculei.vagātur p cāpos.mors per eos cōtinue intrat. Hiere.ix. nec eſt qui claudat oſtiū. Mat.vj. Sitis iuſtitie. Mat.v.in perſecutionē proximi verſa eſt diſcretio.ſ. carnis dicens Ro.xij. Rationabile obſequiuz veſtrū. Ephe. v.⁊ nemo carnē ſuā odio hz. Eſa.lviij.xxiij.q.ij.non ex.corpus impinguat ⁊ ventrē diſtendit. Innocētia contra naturā machinaꝛ dolos. Simplicitas columbina.xvj.q.j.ſi cupis.vulpina aſtutia plena eſt. Ratio ⁊ intellectus captiui a ſenſualitate trahuntur. ex̄ in cle.de here.ad nr̄m.§.ij. Sintereſis feruentium in principijs in ſtoliditatē mutata eſt. Oēs cupiunt videri ab hoibus. Mat.vj. Uidere deū vix vnus deſiderat. Luc.x. Mat.v. Xenodoxia.i.vana glia operit oculos oium:⁊ oēs excecat. Triſtitia ſm ſeculū multos perimit.ij.ad Corin.vij. Triſtitia de pcō nō inueniꝛ in terra. Aiarū zelus.ex̄ de cuſto.eu.c.ij. prelatos diffidat:quia amor ſanguinis in eis arcē ꝯſtituit. Cōfeſſiones in hypocriſi fiunt.de pe.di.j.§. cum ergo.vt ex p̄miſſis ante.c.penitet.⁊ di.v.cap.j.ad fi.℣. Quia igiꝛ cor ꝯfitentiū verſum non eſt.de pe.di.j.ꝯuertimini. Oī die fit vocalis ꝯfeſſio:⁊ oī die canis reuertitur ad vomitum: ⁊ ſus ad volutabra luti ſui.ij. Pet.ij. Prouer.xxvj.de pe.di.iij.qui ſunt. Uere crebra confeſſio: ⁊ nulla correctio nec mutatio. ſed dei irritatio ⁊ irriſio.de pe.di.iij.irriſor. Jeiuniū celebraꝛ:⁊ gaſtrimargia ſolennizatur.xliij.di.c.j. Multe cāpane pulſantur. multe miſſe celebrantur. ⁊ multa crimina cumulantur. ⁊ multe iniurie deo irrogantur. Ordines conferuntur:ſed precio cōparanꝛ.j.q.j.cū ordinareꝛ. Sacr̄a profananꝛ:⁊ characteres vitianꝛ.j.q.j. q̄buſdā. Multi dicunt offm̄:ſed oēs hn̄t p̄putiū. Gala.vlti. Quilibet timet ſi mundus ei ſubtrahiꝛ: nullus timet ſi regno priuaꝛ. Clericatus accipiꝛ vt quiſq; ſortē mundi nanciſcatur.xij.q.j.clericus. Nullus tonſuratur vt deo ſeruiatur. Curia Romana regū ⁊ principum clericis ⁊ religioſis plena eſt.ex̄ de of.or.quāto. Ecclie ſolitudinē ſeruant. O ecclie derelicte. O eccleſie viduate.ex̄ de elec. ne pro defectu. O eccleſie a ſuis precipue rectoribus ⁊ miniſtris ſpoliate. O eccleſie violate.xvij.q.iiij.p totū. O ecclie,proh nefas, ſtercoribus ⁊ immunditijs ſordidate.ex̄ de reli.⁊ ve. ſancto.c.ij. Sirene ⁊ heritij in vobis habitant. Altaria veſtra diſcooperta manent. Sacramentalia non reperiuntur in vobis. Quaterni diſligati ⁊ iā ceci in feneſtris veſtris a muribus corroſi ſtant. Paramēta pre nimia vetuſtate.de conſe.di.j. veſtimenta dirupta ⁊ ſordiſſima ſuper veſtra altaria remanent. Lumen in veſtris habitaculis non refulget. Lāpades extincte ſunt. Mat.xxv.ex̄ de offi.cuſto.c.j. Sartatecta diruta.ex̄ de eccle.edi.c.j. Uix habeꝛ candela pſalmi breuis cerea vt cōpleatur miſſa.de cele.miſ.c.fi.⁊ de of.ſacer.c.j. Pixides hoſtiarū araneis plene ſunt. Calices ſtagnei: ⁊ aliqui plumbei pre vini erugine in eis impreſſa celebrantes ad vomituz prouocant. de conſ.di.j.⁊ calix. Oſtia veſtra clauſa ſunt. xxj.diſt. c.j.℣.oſtiarij.⁊.xxv.diſt.c.j.ver.ad oſtiarium. Rei ad vos confugientes.xvij.q.iiij.p totum.ex̄ de immun. eccle.inter.⁊.c.vlti.ad vos intrare non poſſunt. Cur tanto tp̄e tacuiſtis? Cur ad dn̄m amplius non clamatis:vt de his iam ſe vindicet? Jn his vitijs allegatis.ſupra que totam dei eccleſiam occupant, iura pauca allegaui: quia notoria: neq; accuſatione,neq; alia probatione indigent.ij.q.pri.manifeſta.extra de accuſa.euidentia.extra de iureiuran.ad noſtram.

## De ſtatu Anachoritarum ⁊ Eremitarum. De ſecta peſſima Sarrabaitarum. Cap. 51.

EX quo ſponſa chriſti alma eccleſia confeſſores paucos germinas: quero abs te vtrū hoc tp̄e gignas Anachoritas ⁊ eremitas aſſiſterios, ⁊ ſolitarios veros,q ſoli deo ſedeant ⁊ taceāt? xvj.q.j.placuit.ij.⁊ leuent ſe ſupra ſe. Threñ.iij. Qui edificent ſibi ſolitudines: q expectent mortē quaſi effodiētes theſaurū:q gaudeant vehementer quum inuenerint ſepulcrum. Job.iij.q errant in ſolitodinibus: q habitent in ſepulcris.p̄s.xlviij. Sepulcra eoꝝ domus illoꝝ in eternū.⁊ in cauernis terre.q circūeant in melotis ⁊ in pellibus caprinis. Heb.xj.qui ciuitates nō ingrediantur.facit.xviij.q.ij. quidaz. ſicut de ſe dicit dn̄s per prophetā. Exod.xj. qui ſocij ſint ferarum ⁊ ſtrutionum. Job.xxx.qui diez hois non deſiderent. Hier.xviij.q vocē exactoris.i.ventris.i. non ſicut guloſi.ſm Greg.in mora.non audiāt.ſz Job.iiij. Qui mollibus induanꝛ. Matth.xj.circa prin.⁊ Luc.vij. xxj.q.iiij.c.j.in fi.qui luctuoſi ⁊ triſtes. Mat.v. xvj. q.j.monachus.⁊.c.placuit. in quoꝝ maxillis lachryme ſidt.qui de labore manuum ſuarum viuant.j. ad Corin.xj.j.Theſſa.iij.⁊.ij.ad Timo.vlt.⁊ Ephe.iiij. j.q.ij.ſacerdos.de conſe.diſt.v.nunq̄z. ⁊ panem otioſum non manducent. Prouer.vlt. ſed in ſudore vultus ſui veſcantur pane ſuo. Geñ.iij. Sed o vidua mater eccleſia dn̄a gentium multos habes ſarrabaitas perpaucos anachoritas,de quibus. xvj. q.j. qui vere.⁊ legiꝛ ⁊ no.xxvij.q.ij.§.ecce ꝙ.⁊ in gl.dicunt plurimos gyrouagos.xvj.q.j.monachi vagantes ꝑpaucos ſolitarios ⁊ celle aſſiſterios. de quibus. xxvij.q. pri.ſi quis rapuerit.⁊ extra de cle.non reſi.c. penult. Jſtis enim vltimis tp̄ibus hypocritalibus plurimi maxime in Jtalia ⁊ Alemannia ⁊ Prouincia prouincie vbi tales Begardi et Beguini vocantur: nolentes iuguz ſubire vere obedientie: ſed libertate noxia potiri: nec ſeruare regulā aliquaz ab eccleſia approbatā ſub manu p̄ceptoris:et ducis legitimi.vocati fratricelli. Alij de paupere vita. Alij ap̄lici.aliq Begardi:q ortuz in Alemānia habuerunt ſpecie tenus:

ꝛ quantum ad hoiem exteriorē mundo renuntiare
videnť:ꝛ dicentes religioſos ab eccleſia approbatos
promiſſas regulas nō ſeruare, durāte primo feruore
deſerta domeſtica penetrant. Soli ſedent: vel pauci
ſimul. Paupertatez ſeruare videnť. Abſtinentijs ſe
macerant:ſed ventrē replent. Diſcipline operā dant:
ſed deficiēte feruore quaſi poſt annū ſedent ſub vm-
bra iuniperi. Jone.iiij.cuius cinis ignē vſqꝫ ad annū
conſeruat.habita occaſione de petenda Heliani elee
moſyna: quā nequeunt petere niſi religioſi mendicā
tes ab eccleſia approbati.ex̄ de reli.dumi.religionū.
lib.vj.ꝛ inferius declarato. Uagari incipiunt. Ad ho
mines ſe conuertunt. Laborare refugiunt: qꝛ panez
otioſum inueniunt. Familiaritates maxime femina
rū nunc ſpiritualiū nunc aliarū accipiunt. xviij.q.ij.
diffinimus.ꝛ c.pernicioſam.eis predicant.contra id
ex̄ de hereti.cū ex iniuncto.de deo loquuntur:dulces
ſermones proferunt.ij.ad Timo iij. Ro.vlti. Sim-
plices ſe oſtendunt. Per domos dn̄oꝝ ꝛ viduaruz
conuiuantur. Otio vacāt.ij.Theſſa.vlt.dictis ꝛ enu
meratis aliquot pr̄ nr̄: reliquo tpe aut pedes in cō-
motionē dant:aut in ſuis cellis dormitant. Quid di
cā pia mater eccleſia de talibus? qꝺ dicunt ſancti pa
tres diuinitus inſpirati: ſicut dicit Piamon in col-
latione de tribus generibus monachoꝝ. in lib. Jo.
caſſi.qui vocatur collationes patrū: ꝙ iſtud eſt gen⁹
teterrimuz ꝛ infidele monachoꝝ in vera hypocriſi
ꝯſtitutoꝝ: ꝛ noxia illa plantatio rediuiua q̄ ꝑ Ana-
niā ꝛ Saphyrā in exordio eccleſie pullulans,apoſto
li Petri ſeueritate ſucciſa eſt.Act.v.xxiij.q.viij. legi.
ꝛ.c.petrus qui. Beatus apl's ꝑ̄dictos noui facinoris
principes non penitentia. non vlla paſſus eſt ſatiſfa
ctione curari: ſed pernicioſiſſimū germē clerici mor
te ſuccidit. Jllo igitur exemplo quod in Anania ꝛ
Saphyra apoſtolica diſtrictione punitū eſt,nonnul-
loꝝ ꝯtēplatione paulatim longa incuria ꝛ tpis obli
teratione ſubtracto:emerſit iſtud ſarrabaitarum ge
nus: qui ab eo ꝙ ſemetipſos a cenobioꝝ regulariuz
ſub obedientia viuētiū congregationibus ſequeſtra
rent: ac ſigillatim ſuas curarēt neceſſitates: egyptie
lingue proprietate ſarrabaite dicūtur: hucuſqꝫ Pia (Sarrabaitaruz appellatio.)
mon. Et vt eoꝝ ſecta peſſima confundatur: ſciant ſe
in nullo ordine viuere: nec in aliqua ſancta vocatio
ne manere.j.ad Corin.vij.c. extra de regula.licet. in
ꝑ̄n.ab eccleſia approbata. Et hoc ideo precipue qa
contra eccleſie ſanctiones ꝛ concilia generalia,ſtatū
ꝛ regulā ꝛ religionē ſibi confingunt:nolentes vnaz
de approbatis ab eccleſia regulā profiteri: neqꝫ ſan-
cti Baſilij epi Ceſarienſis.de qua.xviij.q.ij. diffini-
mus.nec ſancti Auguſtini mundi luminis, de q̄ ex-
tra de ſta.re.qꝺ dei.nec ſancti Benedicti:de q̄.xvj.q.
pri.ſunt nonnulli.xx.q.iiij.c.fi.extra de ſta.mo. cū ad
monaſteriū.extra de regu.ſuper eo.nec almi Franci-
ſci ꝑceptoris minoꝝ: de qua extra de vb.ſign. exijt.
lib.vj.ꝛ in cle.eo.ti.exiui.ad hoc de cōſe.diſ.j. ecclia.i.
catholicoꝝ collectio. extra de reli.domi. ne nimia.ꝛ
cap.religionū.lib.vj.ff.de collegi.illi.l.iij. Et ſi aliqui
de predictis gyrouagis aliquā regulā de ꝑ̄nomina-
tis ſeruare ſe dicant: qꝛ tn̄ extra congregationes ꝑ-
mittentes predictas regulas ſub prelatis legitimis
tales acephali viuunt: nunq̄ꝫ in veritate viuere poſ-
ſunt.vt preal.c.religionum.qꝛ fundamēta religionū
vera obedientia eſt.vn̄ dn̄s Matth.xvj.ꝛ.x.Mar.
viij.Luc.ix.ꝛ.xiiij.Si quis vult poſt me venire: ab-
neget ſemetipſum ꝛc. xij.qō.j. non dicatis.ꝛ ꝑs.lxv.
Impoſuiſti hoies ſupra capita noſtra.xix.q.iij. ſtatui
mus. Contra iſtos ſarrabaitas ſunt expreſſe capitu-
la.xviij.q.ij.quidā cellulas.c.nullus. c. pernicioſam.
Dare enim pro deo tpalia magnū eſt:dare in crucifi
xionē carnē propriā maius eſt: ſed ſemetipſum ſub
manu prelati ꝛ obedientie dare ꝛ abnegare (quod
eſt maximū) viri religioſi eſt.viij.qō.j.ſciendum eſt.
Et ideo patres dixerunt ꝙ monachus fornicās ad-
huc monachus eſt:proprietatē hn̄s adhuc monach⁹
eſt:ſed inobediens monachus,monachus non eſt.
Magis eſt eni fundamentū religionis ꝛ ſtabilimē (Obediētia religionis fundamentum.)
tū obedientie vinculū q̄ꝫ caſtitas ꝛ paupertas:quia
ſine obedientia impoſſibile eſt verā religionez poſſe
fundari.extra de ſta.mo.cū ad monaſteriū. §.abbas.
de maio.ꝛ obe.cū in eccleſijs.§.ideoqꝫ.ꝛ. c. legebať.
xvij.q.ij.abbates. Nec poteſt eſſe vera ꝛ perfecta re
ligio:vbi non eſt ſui abnegatio: ꝛ alteri ſupiori ſubie
ctio. Un̄ ꝛ tales religioſi ficti vere acephali poſſunt
dici.xciij.diſt.nulla.ꝛ facit qꝺ no.xvj.q.j. qui vere.in
gl.ij.Et ideo filius dei factus obediens vſqꝫ ad mor
tē. Phil.ij. exemplū obedientie nobis prebens ait
Mat.xxvj.Marc.xiiij. Luc.xxij. Uerūtamen non
mea voluntas,ſed tua fiat.vbi Dionyſius Alexan-
drinus ſexto. Perfectā voluntatē patris quaz ipſe
nouerat petit ſortiri effectū: que eadem eſt ꝛ ſua ſm
deitatē. Renuit aūt impleri humanaz voluntatem:
quā dicit ſuā,paterna voluntate minorem. Jtez ibi
Athanaſius. Geminū enim hic velle oſtendit:alteꝝ
quidē humanū:qꝺ eſt carnis. alterū vero diuinum.
humanitas enim ob carnis fragilitatē recuſat paſ-
ſionē,ſed diuinus eius affectus affectans eaz ſubijt:
eo ꝙ non eſſet poſſibile eum detineri a morte. Non
dabis ſanctuz tuū videre corruptionē.ꝑs.xv.ꝛ Act.
ij. Jtē Greg. Niſſenus. Apollinaris hereticus aſſe-
rit ꝙ chriſtus non habuit ſm terrenā naturaz pro-
priā voluntatē: ſed ſolū in chriſto eſt voluntas dei q
de celo deſcendit:qꝛ dicebat chriſtuz corpus ſine aīa
aſſumpſiſſe.xxiiij.q.iij.quidaz.ver.apollinariſte. Di-
cat ergo quā voluntatē vult.preallе.c. Luc.xxij.dn̄s
nequaq̄ꝫ euenire.neqꝫ enim deitas aufert propriam
voluntatē. Jtē ibi Beda. Appropinquans etiā paſ
ſioni ſaluator infirmantiū in ſe vicē ſumpſit: vt quū
hoc imminet qꝺ fieri nolumus:ſic per infirmitatem
parati ſimus,vt voluntas conditoris noſtri contra
noſtrā voluntatē fiat. Et iterū Jo.vj. Quia deſcēdi
de celo non vt faciā voluntatē meā: ſed voluntatem
eius qui miſit me patris.vbi Augu. Propria enim
aīa a deo exijt:qꝛ ſuperba erat: ſuperbia enim eiecti
ſumus:ꝛ humilitate regredimur. Medicus em̄ qn̄
egritudinē diſcutit:ſi curet qꝺ ꝑ aliquā cauſam fcm̄
eſt:ꝛ ipſam cām non curet: ad tp̄s videť mederi: ſed
cauſa manente morbus repetiť:vt ergo cā oiuz mor
boꝝ curareť.i.ſuperbia: deſcendit: ꝛ humilis factus
eſt filius dei. Quid ſupbis hō? filius dei ꝑꝑ te humi
lis factus eſt. Puderet te forſan imitari humilē ho
minē: ſaltem imitare humilē deū, hec eſt enim com-
mendatio humilitatis, Non veni facere voluntatez
meā ꝛc. Superbia quippe facit voluntatē ſuā:humi
litas voluntatē dei. Jdeo ergo qui ad me venit non
eijciā eū foras:qꝛ non veni facere voluntatē meam.
Humilis veni humilitatez docere. qui ad me venit:
incorporatur mihi:ꝛ humilis fit.qꝛ non facit volū-
tatem ſuā: ſed dei. ꝛ non eijcieť foras:qꝛ quum ſup-
bus eſſet: proiectus eſt foras. Ad me venire non po
teſt niſi humilis. Non mittitur foras niſi ſuperbia.
Qui ſeruat humilitatez: non labitur a veritate. Jtē
ibi Hilarius.iij.de trini. Non igiť hoc dicit quia fa-

ciat q̄d non velit: ſed obedientiā ſuā ſub eſfectu paterne voluntatis oſtendit, volens ipſe voluntatē patris explere. Et iterū. Deſcendit cū eis in Nazareth: ⁊ erat ſubditus illis: ſcilꝫ Joſeph ⁊ Marie matri. Luc. ij. vbi Orige. Diſcamus igitur ⁊ nos filij parētibus noſtris eſſe ſubiecti. Qr ſi patres non fuerint: ſubijciamur ijs qui patrum habent etateꝫ. Jeſus filius dei ſubijcitur Joſeph ⁊ Marie: ego non ſubijciar epo qui mihi conſtitutus eſt pr̄? puto ꝙ intelligebat Joſeph ꝙ maior ſe erat ieſus: ⁊ trepidus moderaṫ imperiuꝫ. Uideat ergo vnuſquiſqꝫ ꝙ ſepe qui ſubiectus eſt maior ſit. q̄d ſi intellexerit: non eleuabitur ſuperbia qui eſt ſublimior dignitate: ſciens ſibi meliorē eſſe ſubiectū. Jtē ibi Baſilius in lib. religionū. Ab ipſa aūt primeua etate parentibus obediens quēlibet laborē corporeū humiliter ⁊ reuerenter ſuſtinuit. Quuꝫ enim parentes hoīes eſſent honeſti ⁊ iuſti: egeni tñ ⁊ neceſſarioꝝ penuriā patientes: teſte preſepi partus venerandi miniſtro: manifeſtū eſt ꝙ ſudores corporeos continue frequentabant neceſſaria ſibi inde querentes. Jeſus auteꝫ obediens illis, vt ſcriptura teſtatur, etiā in ſuſtinendo labores ſubiectionē plenariā oſtendebat. Jtē Ambro. Et miraris ſi patri defert: qui ſubijcitur matri? non vtiqꝫ infirmitatis, ſed pietatis eſt iſta ſubiectio. attollat licet caput hereticus: vt alienis auxilijs aſſerat eum qui mittitur indigere: nunquid humano egebat auxilio vt materno ſeruiret iꝑio? Deferebat ſimulato patri: ⁊ miraris ſi deo detulit. an hoī deferre pietatis ē: deo deferre infirmitatis? Jtem ibi Augu. O potentia, o humilitas. Subditus eſt parentibꝰ cui ſeruiūt angeloꝝ exercitus. Jtem ad Heb. v. Et quidē quuꝫ eſſet filius dei: didicit ex ijs que paſſus eſt obedientiā: ⁊ conſummatus factus eſt oībus obtēperantibꝰ ſibi cauſa ſalutis eterne. Qui aūt in eccleſia primitiua conuertebantur viri religioſi erant: ⁊ ſic oēs ꝑfecti, ꝙ vix tpe ſanctoꝝ monachoꝝ ⁊ anachoritarū etiā perfectoꝝ aliqui ſic perfecti inueniri poſſent: ſicut probat collatio Piamonis in libr. collationum Jo. caſſi. ⁊ tñ vxores cōiter habebant: etiaꝫ apoſtoli aliqui: ſicut patet de Petro Luc. iiij. ⁊ de Philippo apl̄o: ⁊ alio Philippo vno de ſeptē diaconibus. Act. xxj. ⁊ v. c. de Anania ⁊ Saphyra. ⁊ xxxj. diſt. omno. Sed ſub obedientia primo apl̄oꝝ, deinde ſepteꝫ prepoſitoꝝ quos elegerant Act. vj. viuebant: a quibus poſtmodū monachi deſcenderunt: vt deſcribit collatio ante dicta. ⁊ colligitur. xij. q. j. quia tua. vnde ⁊ iſta duo ſubſtantialia, viuere ſine proprio, ⁊ caſte, eccleſia ſancta religioſis indixit. Quare ex cā magna legitima papa poſſet in his duobus cuꝫ aliquo diſpenſare. vt no. Jnno. ex̄ de ſta. mo. cum ad monaſterium. §. fi. ⁊ dixi de hoc late. ſupra in prima parte iſtius operis: vbi poſui caſus in quibus diſpenſant Romani pontifices. §. iterū de diſpenſatione. ver. itē quidā dixerunt. in c. xlvj. Sed ſi cum aliquo religioſo papa ſuper obedientia diſpenſaret: loco prelati ſuccederet ei papa, nedū generalis ſed ſpecialis prelatꝰ. Nullus enim in hac vita ſic imitatur chriſtum ſicut circulum aureū. i. obedientiā in collo portans. ſicut apparuit in viſione cuidam ſancto patri oſtenſa. vt legitur in vitis patrū. Sine vera enim viuentes obedientia ⁊ in ſenſu proprio, in canone ſicut dictuꝫ eſt acephali iudicantur. xciij. diſt. nulla. vñ ⁊ ſancti Benedicti monachi de caſtitate ⁊ expropriatiōe in ſua profeſſione mentione non facta, ſtabilitatem loci ⁊ obedientiā ſimpliciter repromittunt. c. in ijs que leguntur ⁊ no. extra de ma. ⁊ obe. legebatur. Jn qua tñ profeſſione ⁊ promiſſione intelligunt ſe caſte ⁊ ſine proprio debere viuere profiteri. vt extra de regu. ſuper eo. preal. c. cū ad monaſteriū. §. fi. Quis enim vnq̄ꝫ ſuperbiā proprij cordis poteſt expellere: q̄ꝫdiu in ſenſu proprio ⁊ voluntate viuit? Quis eniꝫ vnq̄ꝫ verā humilitatē adeptus eſt: niſi per obedientiā ſuperbiā depellentē? opti. argu. de pen. di. ij. c. j. Et ideo dicit Bern̄. Nihil in inferno regnat niſi voluntas propria. ⁊ ideo lucifer Belial qui interpretaṫ abſqꝫ iugo: quia ſub iugo dei noluit permanere: in baratrū demerſus eſt. vñ Luc. x. Uidebā ſathanam ſicut fulgur de celo cadentē. xvj. q. ij. viſis. de peni. diſt. ij. ſi enim. ⁊ eū imitantes filij Belial dicti ſunt. i. abſqꝫ iugo. j. Reg. x. Et quia iugū rumpunt iſti pſeudo eremite: ideo ruptis vinculis in deſerto a demone agitanṫ. Luc. viij. De obedientia pleniſſime tractaui. j. in. §. tertius error. lij. c. ⁊. §. ⁊ ſm̄ eoꝝ vitiū. lxviij. c. ⁊ lxvj. ca. fere per. xx. chartas. Et qr obedientia ligati non ſunt, pro libito comedunt: ⁊ bibunt: ſurgunt: ⁊ ambulant ⁊ ex occaſione libertatis: quia corrigi nō timent: nec per hoīem viſitari nec excitari: cōiter poltronizant. vulgare eſt italoꝝ. i. vitā pinguem volunt cum libertate ⁊ ſine labore: dediti ſomno ⁊ vagationi continue: ⁊ pro leui cōmotione ſuborta loca in q̄bus habitant dimittunt: ⁊ abinuicē ſe diuidunt: ⁊ ſicut paſſeres inſolentes de monte in montem trāſmigrant. p̄s. x. ⁊ torpore ⁊ tepore letheo tepefacti cum curtis capitijs ⁊ repeciatis: ⁊ cū amictibus ⁊ habitibus quos ſibi contra eccleſiam inuenerunt: diſcurrunt per munduꝫ. Et qr circa ieiunia ⁊ orationes ⁊ obſeruationes regulares dño non promiſerunt: ſed quod faciunt de ſpecie boni, ex libertate propria faciunt: ideo recedente primo igne forſan diuino qui eos vrebat: peiores q̄ꝫ frigidi eſſent in ſeculo: quia tepidi recedente calore: ab ore dñico euomunṫ. Apoc. iij. ſpeciem quidē ſanctitatis habentes, virtutē autē abnegātes ad literā. ij. ad Timo. iij. in ſua hypocriſi ſe ⁊ mundū decipiunt: nā eoꝝ prima abſtinentia in gaſtrimargiā vertiṫ: paupertas in peculiū: vigilia in ſomnolentiā: ſilentiū in multiloquiuꝫ, maxime ſub ſpecie loquendi de deo: ſimplicitas in malitiā: ſolitudo in conſortiū ⁊ familiaritatē ſeculariū ⁊ mulierū. Eoꝝ etiā aliqui in ciuitatibus ⁊ villis, alij prope habitant: ⁊ a ſecularibus de die in diem conuiuia recipiunt ſub ſpecie charitatis. xliiij. di. conuiuia. cōmatres ⁊ compatres ſibi faciunt. contra id de conſe. di. iiij. non licet abbati. ⁊ c. ſeq. Ambaxatas. i. legationes faciunt ⁊ referunt. De animarū conſilijs p̄ſumptuoſi idiote ſe intromittunt. cōtra id c. extra de eta. ⁊ quali. cum ſit. De peregrinatione in peregrinationē diſcurrunt: qr acidia eos de cella expellit: quā quū ſic credunt expellere ſub ſpecie boni peregrinādo ꝑ mundū per ſanctos: tunc eā amplius nutriunt: quia nunq̄ꝫ acidia expellitur: niſi per continuationē celle ⁊ violētiā ſibi factā. Mar. xj. Regnū celoꝝ vim patiṫ: ⁊ violenti rapiunt illud. Nam acidioſus ſi cōtra acidiā exeundi de cella ſolatiū querat: ad horaꝫ corpus ſolatiū ſentit: ſed parū poſt ad exeunteꝫ fortior redit: more febricitantis qui per hauſtum aque frigide aliquod refrigerium ſentit: ſed poſt paululum febris contra eum fortior inualeſcit: vt dicunt patres. Uerus enim peregrinus mundo eſt in cella reſidēs, ⁊ ſilentium ſeruans, ⁊ lugens. ⁊ talis vere conſequitur remiſſionē culpe ⁊ pene. Alij peregrini per mundum diſcurrentes, q̄d lucrantur in indulgentijs cō-

Peregrinari dedecet eremitam.

muniter perdunt in vagis ſenſibꝰ ⁊ mundi delectationibus. Et ideo Macharius ſolitario acidioſo cõquerenti ſibi ꝙ nil boni in cella poterat facere pre tedio ⁊ mentis ariditate, reſpondit. Comede ⁊ bibe ⁊ dormi quãtũ vis: tantũmodo extra cellã nõ exeas. Et dic tẽtatori ſuggerẽti tibi de cella recedere. Iſtos muros celle cuſtodio propter deũ: continuatio enim celle facit eremicolã ad ſuum redire ordinem. Idem etiam Macharius tentatus de cella recedere, ſe in limine oſtij celle in modũ crucis proiecit: ⁊ ait clamãdo. Demones: ſi poteſtis trahite me extra cellã: quia per me non intendo exire: ⁊ ſic vſqꝫ ad veſperã manſit: ⁊ ſurgens dixit demonibus. Poſtq̃ꝫ extra cellaꝫ me trahere non poteſtis: nec ego exibo. Alter pater tentatus de cella exire, ait ſibi. Suſtineamus hodie propter deum: ⁊ cras poterimus recedere. adueniente die altera iterum dixit ſibi. ⁊ hodie etiam propter deum ſuſtineamus ne recedamus: ⁊ ſic de die in diẽ dicendo cras recedã: ⁊ adueniente die altera ſe violẽtans ad non recedenduꝫ per nouẽ annos manſit in cella: ⁊ tunc ceſſauit tentatio recedendi. vñ ⁊ Antonius magnus dixit. Sicut piſcis extra aquaꝫ viuere non poteſt: ſic nec monachus extra cellã. Idem dicit Eugenius papa. xvj. q. j. placuit. ij. Et idẽ Antonius ait. Moyſes quum erat in monte: cum dño loquebatur. quum deſcendebat de monte: cuꝫ populo. xxxvj. diſt. c. fin. ſic ⁊ monachus in cella cum deo loquitur: extra cum demonibus. vnde Bernar. ad fratres de monte dei dicit ꝙ cella dicitur a celo: q: de cella itur ad celuꝫ. Et alter pater dicebat ꝙ ſi gallina dimittit oua calida: non exibunt pulli. ſic qui dimittit cellaꝫ: fructũ non facit. ⁊ ſicut arbor que ſepe tranſplantatᷣ fructũ non facit: ſic monachus migrans de loco ad locũ: q: non mutatᷣ tentatio etſi mutetur locus: aliquoties tñ valet loci mutatio. lxxxj. di. valet. q: locꝰ de ſe nec nos coniungit deo, nec diſiungit. xl. di. non loca. ⁊ c. quelibet. q: diabolꝰ aquila velocior. Threñ. iiij. circũuolans vbilibet tentare paratus eſt. j. Pet. v. Vigilate: q: aduerſarius veſter diabolus tãq̃ꝫ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. ⁊ habetᷣ. iij. q. j. c. nulli. vj. q. j. §. verũ. tangitur. xxv. q. j. cap. v. in prin. Et ideo, pugna vbilibet neceſſaria eſt ⁊ ſufferentia in tentationibus adhibẽda: q: beatus vir qui ſuffert tentationem. ſ. non conſentiendo, non recedendo. de hoc de pe. di. ij. ſi enim. ⁊ Iaco. j. Vocatio enim vera anachoritarum ⁊ eremitarũ ⁊ in cella manere: continue, orationi, meditationi, lectioni, pſalmoꝝ decantationi, manuum labori vacare intra cellã: ⁊ prope cellã alijs laboribꝰ corporalibus occupari. vt preal. c. placuit. xvj. qõ. j. ⁊ de conſe. diſt. v. nunq̃ꝫ. ⁊ de ſatiſfaciendo proximo non curare. ij. q. vij. ſancta quippe. q: dicebat quidam prᷣ. Non vacat lugenti charitas. Tales enim ſolum tenent vitã Marie: ⁊ de vita Marthe quantum ad proximum curare non debent: q: non eſt eoꝝ vocatio. ⁊ vnuſquiſqꝫ ſꝫ apl̃m. j. ad Corin. vij. maneat in ea vocatione qua vocatus eſt. ex̃ de reg. licet. j. reſpõ. ⁊ ibi. de vtraqꝫ vita. in. §. pe. ⁊ de renun. niſi. §. ne putes. Et ideo qñcũqꝫ tales ſolitarij regulariter loquẽdo ſub ſpecie charitatis volunt viſitare infirmos in mundo: vel queſtuꝫ facere pro pauperibus alendis: vel dare conſilia animaruꝫ etiam ſi ſcirent: vel de pace facienda inter diſcordes ſe intromittere: vel executiones teſtamentoꝝ recipere: vel captiuos redimere: vel incarceratos viſitare: vel viduas, vel orphanos, vel tribulatos conſolari: vel feminarum quantumuis ſpiritualium curam recipere: vel predicare: vel literas ſupplicatorias pro alijs mittere: vel preter ſocios proprios. xvj. q. j. c. j. cõfeſſiones audire: vel alijs operibus miſericordie corporalibus quantum ad proximum vacare: paracaraximo. i. peccato ſub ſpecie boni. xlj. di. ſepe. diaboli illuduntur: ſicut probat clare collatio Moyſi. ij. de diſcretione in lib. collationũ Io. caſſi. Tales enim habentes zelum ſꝫm ſcientiã. ad Roma. x. c. ⁊ arbitrantes ſe obſequiuꝫ preſtare deo. Io. xvj. ⁊ xv. q. j. §. j. pro auro recipiũt orichalcum. xxix. q. j. §. j. ſtannum pro argento: amurcã pro oleo: zizania pro tritico. Mat. xiij. falſum denarium pro legitimo. no. xlv. di. vera. imaginem tyranni pro vultu ceſaris. Mat. xxij. idolum pro veritate: quum idolum nihil ſit. j. ad Corin. viij. angelum tenebrarũ ij. Corin. x. pro angelo lucis. xxvj. q. v. epiſcopi. nam eoipſo ꝙ vitam eremiticam ⁊ ſolitariam elegerunt: eoipſo mundo etiam quantum ad opera corporalia miſericordie ſecularibus impendenda mortuos ſe fecerunt. c. op. xvj. qõ. j. placuit. ij. ⁊ c. ſunt nonnulli. Et ideo q: lumine diſcretionis carentes, de eo quod ad eos non pertinet ſe intromittunt: ⁊ contra ſuam vocationem faciunt: de eo ꝙ mereri credunt amplius demerentur: ⁊ quod alijs actiuis in mundo exiſtentibus. ſ. vacare operibus miſericordie, ⁊ proximo miniſtrare, eſt via ſalutis. Mat. xxv. Luc. vj. xlij. diſtin. quieſcamus. lxxxvj. di. non ſatis. iſtis occaſio mortis exiſtit. vnde Prouerb. xiiij. Eſt via que videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. quia ſicut ait Greg. ſepe eſt cauſa damnationis: quod putatur profectus virtutis. Deniqꝫ ille Saul qui primus iudicio dei regnum populi iſraelis obtinuit. j. Reg. x. viij. q. j. audacter. quia hunc diſcretionis oculum non habuit: velut toto corpore tenebroſus etiam ipſo deiectus eſt regno: dum lucerne huiꝰ tenebris atqꝫ errore deceptus acceptabiliora deo ſacrificia q̃ꝫ precepti Samuelis obedientiam. lxxxj. di. ſi qui. iudicauit. atqꝫ ex illa magis parte cauſaꝫ offenſionis incurrit: ex qua repropitiandam ſibi diuinaꝫ ſperauerat maieſtateꝫ. ſicut narrat collatio Moyſi. ij. de diſcretione in lib. collationum Io. caſſi. Sꝫ nec reuera iſti tales ſolitarij ficti ſe dantes proximo, querunt que ſunt proximi: ſed que ſua. ad Phil. ij. lxiij. di. noſſe. nam in cellis manere nequeuntes, querunt occaſiones qño vacent proximo: immo ſibi, vagationi, lucris, ⁊ gule, ⁊ confabulationibus vacantes, ſub charitatis palliolo ſe velantes. Celliſte enim veri ſeruientes mondationi animarum ſuarum ad ſalutem aiarum alioꝝ intra ſuas cellulas ſe extendunt: quia nemo ſibi ſolum viuit. Roma. xiiij. Purgatus eniꝫ oratione ⁊ contritione abſentes etiam precibus ſuis purgat: quia charitas incipit a ſe. de vſu pallij. niſi. ⁊ ibi nota. ⁊ deinde in alios ſe extendit. Cañ. ij. Ordinauit in me charitatem. de peni. diſt. iij. qui vult. ſub. §. ſed verba. Immo etiam quicunqꝫ intra eccleſiam in gratia ſunt: ſiue ſeculares ſiue religioſi: bona ſibi ſpiritualia communicant. quia particeps ego ſum omnium timentium te. ait Dauid ps. cxviij. Et quicunqꝫ in maiori gratia ſunt ⁊ charitate: plus de omnibus bonis ſpiritualibus communicant que intra eccleſiam ſanctã fiunt: ſicut fit in eccleſia triũphãti. nam iuſtoꝝ omnia ſunt cõia. xij. q. j. c. ij. ⁊ diſt. viij. §. j. ⁊ xxiij. q. vij. c. quod autem. c. fi. ⁊ qui plus communicat: plus eſt iuſtus. charitatis enim debituꝫ quanto plus redditur: plus ⁊ creſcit. vnde apoſtolus ad Roma. xij. Nemini quicq̃ꝫ debeatis: niſi vt inui-

cem diligatis:⁊ qui ſic plus dat:plus abundat:quia oĩ habenti charitatem ⁊ ea fruenti dabitur amplior charitas ⁊ abundabit. Mat. xxij. ⁊ Luc.xix. vnde Grego. Quiſquis enim charitatem habet:⁊ de alia dona percipit.quiſquis charitatem non habet:etiaꝫ dona que videtur percepiſſe amittit. Seruiant ergo anachorite veri proximo de profeſſione ſua,ſ.oratione ⁊ gemitu ⁊ ſancto mortificationis exẽplo. Unde quum patriarcha Alexandrinus ad viſendum patres deſerti veniſſet:⁊ dixiſſet patres cuidã ſeniori ex eis ꝙ diceret vnum verbum edificatorium patriarche.ait ſenior.Si non fuerit edificatus patriarcha in ſilentio meo: nõ erit edificatus in verbo meo.Unde narratur in lib.qui dicitur paradiſus.ꝙ anachorita Nathanael ſummus patrũ ſeptẽ epõs eum viſitantes in cella ſua per paſſum extra cellã noluit deducere:⁊ quum a diaconibus eoꝝ argueret̃: ꝙ in hoc ſuperbam reꝫ egiſſet:rñdit. His ⁊ vniuerſo ſeculo mortuus ſum.meum propoſitum deus nouit.Non ergo ſe anachorite de alijs in mundo actiuis operibꝰ intromittant:niſi vltima neceſſitas facere hoc cõſtringat:⁊ alius actiuus qui hoc faciat inueniri nõ poſſit. ſicut contigit in Machario:qui rogatus a fratribus ne periclitaretur fides:deſcendens de deſerto in Alexandriã cũ heretico diſputauit:⁊ facere miraculũ vt loqueret̃ mortuus ⁊ ſepultus: ⁊ fidei orthodoxe teſtimoniũ perhiberet:amore fidei fuit conſtrictus. vt dicit̃ in vitis patrũ. Sic etiã aliꝰ anachorita audiẽs feminã in doloribus partus conſtitutã:⁊ ſine obſtetrice totaliter deſolatã : e cella charitate ⁊ neceſſitate proximi vltima cõpulſus exijt : parturientẽ iuuit : ⁊ vices tenuit obſtetricis.vt narrat̃ in lib. qui dr̃ paradiſus.qđ ſummo preconio charitatis extollendum fuit.Sic etiã Abraã ſummus anachorita pro nepte germani filia quã ꝓpe ſe in quadam cella in ſcã vita nutrierat:⁊ chriſto lucrifecerat : q̃ ⁊ ad culmẽ perfectionis ꝑuenerat: liberanda,qr eã quidã pſeudo monachus deceperat ⁊ violauerat: ⁊ extũc meretrix publica facta fuerat : de cella de qua multis annis non exierat,exiens equũ aſcẽdit:veſtes ſeculares recepit: pecuniã in burſa portauit.qui.xl. annis a talibꝰ abſtinuerat : ſtabulũ lupanaris vbi manebat neptis intrauit incognitus:quaſi fornicari intendens: ⁊ exinde cũ ſua predicatione ⁊ manifeſtatione neptẽ ⁊ ſuã cellã reportauit.q̃ in oĩ plãctu ⁊ ſctĩtate reliquã vitã ducẽs vitã ſanctiſſimã finiuit.Iſti ãt caſus ⁊ cõſiles diuina ĩſpiratione ⁊ vltima neceſſitate charitatis patrati ꝑ anachoritas nõ ſunt ad ꝯſequẽtiã deducẽdi. xiiij.q.v.dixit.xxvj.q.j.nõ ſtatiꝫ.xvj.q.j.hic eſt.Sꝫ ⁊ ꝑdicti ꝑfecti exiſtẽtes alioꝝ nõ potuerũt ꝯuerſatione carnali corrũpi.xxiij.q.iiij.quiſquis.Noſtri ãt tꝑis anachorite qr nondũ ſalui facti ſunt:alios ſaluare nõ curent:ſed in cellis ſuis olus manducent : qr adhuc infirmi ſunt.Ro.xiiij. ne volẽtes alios ſaluare ⁊ ipſi pereant cũ eiſdẽ.j.Cor.ix.Ne forte quũ alijs ꝑdicauerim:ipſe reprobus efficiar.xxxij.q.v.paulus. de pe ni.di.ij.ſi enim.℣.paulus. Frequenter enim aliũ de pelago liberare feſtinans, tractus ab illo cũ eo pariter a fluctibus deuorat̃.Et ſm Greg.arbor q̃ radicẽ non fixit: fructũ ferre non vꝫ.facit de pe.diſ.ij.radicata.circa.prin.diſt.⁊ ſicut Mat.xiij.dr̃.⁊ Luce.viij.hi radices non habent:qr in cella credunt:⁊ extra quia tempus tentationis eſt, recedunt : ſcilicet a deo. Et ideo dicit dñs totaliter mundum nolenti relinquere: ſed patrem defunctum antea volenti ſepelire: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Matth.viij. vbi Chryſ.Hoc autem dixit non iubens contemnere honorẽ qui eſt ad parentes.Exo.xx. ſed mõſtrans qm̃ nihil cũ celeſtibus negotijs nobis neceſſarium eſſe oportet:⁊ qñ cum toto ſtudio ijs iungi debemꝰ: ⁊ neqꝫ paruꝫ tardare:etiã ſi valde ineuitabilia ⁊ incitantia fiunt que attrahunt. Quid enim magis neceſſariũ erat:q̃ꝫ ſepelire patrẽ? Quid etiam facilius? nec enim tp̃s multum conſumenduꝫ erat. Per hoc etiam dñs eum a multis malis eripuit: puta luctibꝰ ⁊ meroribus.xiij.q.ij.q diuina.⁊ ab ijs que hinc expectant̃. Poſt ſepulturã enim iã neceſſe erat ⁊ teſtamenta ſcrutari ⁊ hereditatis diuiſionẽ ⁊ alia hmõi. ⁊ ita fluctuationes ex fluctuationibus ei ſuccedẽtes a longe eum a veritatis abducere portu.Si auteꝫ tu tumultuaris:excogita qm̃ multi infirmos non permittunt ſcire nec ad monumentũ ſequi : etiã ſi pater aut mater aut filius ſit : etiaꝫ qui defunctus eſt.Nec in hoc incuſantur crudelitatis: ſed contrariuꝫ crudelitatis eſſet:⁊ multo magis malum eſt abducere hominem a ſpiritualibus ſermonibus:⁊ maxime quuꝫ fuerint qui hoc cõpleant:erant qui completuri erant huiuſmodi funeris ſepulturam. vnde dicit Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.Aug.q.d.Pr̃ tuus mortuus eſt: ſunt alij mortui in aĩa.de pe.di.j.reſuſcitatus. qui ſepeliant mortuos ſuos: qr infideles non ſunt.Item Hilarius ibi.Quia accepimus in dominice orationis exordio ita primo precandum, Pater noſter q es in celis.Mat.vj. Et in diſcipulo credentis populi perſona etiam admonetur. Matth. xxiij.quia pater ſibi viuus in celis eſt.deinde inter fidelem filium patremqꝫ infidelem ius paterni nominis non relinqui admonuit:⁊ non admiſceri memorijs ſanctoꝝ mortuos infideles : ⁊ etiaꝫ eos eſſe mortuos qui extra deum viuunt.Et ideo mortui ſepeliãtur a mortuis : qr per dei fidem viuo viuos oportet adherere.Si autem mortuum ſepelit mortuus: non debemus habere curam talium mortuorum:ſed viuentiuꝫ.ne dũ ſoliciti ſumus de mortuis:nos quoqꝫ mortui appellemur.Mortui etiam ſm Greg. mortuum ſepeliunt:quum peccatores peccatorem fauoribus premunt. Qui enim peccantem laudibus ꝓſequuntur:extinctuꝫ ſub verboꝝ ſuoꝝ aggere.i.campo abſcondunt. Item ibi Rabanus. Notandum etiam eſt in hac ſententia quia aliquando bona minora pretermittenda ſunt pro vtilitate maioruꝫ.Ex predictis notandum eſt ꝙ nec pro patre ſepeliendo, quod erat opus magne mĩe.Tob.j.c.bonuꝫ. xij.q.ij. aurum.⁊ quodammodo preceptum dei de patre honorando.Exo.xj.Deutero.v.⁊.xxx.di.c.j. noluit ſibi inducias indulgere.Propter quod quidam monachus requiſitus a quodam ſeculari germano ſuo ꝙ exiret parum de monaſterio ad iuuandũ eum: qr boues ſui ⁊ currus ceciderant prope monaſterium: reſpondit.Cur non vocaſti alium fratrẽ quẽ habes in mundo vt te iuuet?Cui frater ait.Iaꝫ anni.xv. ſunt ꝙ mortuus eſt.Et monachus ait.Et ego.xx.ſunt anni ꝙ mortuus ſum mundo. Coloſ.iij.ibi. mortui.n. eſtis.xvj.q.j.placuit.ij.tm̃ te poſſum iuuare quantuꝫ ille qui mortuus ⁊ ſepultus eſt.hec in vitis patrum. Quendam alium anachoritam ⁊ occluſum annis. xxx.decepit diabolus in monachum transfiguratus: ⁊ extraxit eum contra ſuum propoſitum die paſce de cella : vt miſſam audiret in quodam monaſterio quod prope erat . Et ex tunc ſuggerens ei comedere cum monachis, finxit ſe ſub ſpecie nuntij de domo patris venire in ſecunda deceptione : ⁊ ꝙ pater

ſuus mortuus erat: ⁊ eum fideicõmiſſarium relique
rat: ⁊ ꝙ rediret ad domum patris executioné teſta-
méti facturus: ⁊ ſtatim ad cellã rediturus: rediјt que
cũ diabolo: ⁊ pr̃ viuebat: ⁊ ingrediẽs domũ ⁊ vidẽs
patrẽ ⁊ deceptionez cognoſcens, dixit ꝙ venerat ad
eũ viſitandũ: ⁊ paulopoſt concubuit cum ancilla do
mus: ⁊ in mundo deſperatus remanſit. Et tñ occa-
ſio prima cellã egrediẽdi miſſa fuit: ⁊ bona videbat
ſua fuiſſe intentio: ſed qꝛ lumine diſcretionis caruit:
ideo finis bonus ſecutus non eſt: non enim ſufficit
ꝙ bona ſit intentio ⁊ zelus: niſi adſit ſcientia. xv. q. j.
§. j. Roma. x. Ex quo enim firmauerat ſe cuz deo de
cella non egredi: ⁊ tanto tpe ſteterat ſine miſſa: non
debebat egredi propter miſſam: qꝛ magis deo gratũ
erat ſacrificiũ ſue mortificationis in cella: q̃z in hac
parte ſacrificiũ miſſe. Sufficiebat enim huic anacho
rite ſicut ⁊ multis alijs hoibus inuiſibilibus verbũ
Aug. Crede: ⁊ manducaſti: ⁊ vidiſti. Jo. xx. de conſe.
di. ij. vt quid paras. ⁊. c. credere in ieſum chriſtum.
Jſte ſunt ille vulpecule. i. tẽtationes ſubtiles ſub ſpe
cie boni: que ſm Berñ. capiende ſunt. Cañ. ij. id eſt
cognoſcende ⁊ ligande: quũ tentat monachus clau
ſtralis: predicare: curã miſerabiliũ perſonarũ ſuſcipe
re. xvj. q. j iuxta. ⁊. c. placuit. ſtudijs maxime ſcientia
rũ lucratiuarũ. ſ. iuris ⁊ medicine ⁊ ſeculariũ vacare
de quibus. xxxvij. di. legant. ⁊. c. nonne. ⁊. §. hinc ẽt.
de curis ſeculariũ ſe intromittere ſub ſpe alios corri
gendi: ⁊ pauperes paſcendi: prelationes etſi dign⁹
ſit appetere: ignorantes ⁊ ſimplices literas docere:
curã animarũ recipere. ⁊ vt. ſ. ver. eoꝝ etiaz. dixi per
ſtatus peregrini. Quis enim ſm Climacũ in lib. ſuo
qui vocat ſcala in gradu. iij. de peregrinatione verus
peregrinus, ⁊ realiter peregrinus, ⁊ cũ indulgentia
plenaria peregrinus: niſi mortuus mundo: qui pre-
ſentes non nouit? Scribit etiã. Qui dixerunt patri
ſuo ⁊ matri ſue: neſcio vos. ⁊ fratribus ſuis: ignoro
illos. ⁊ neſcierũt filios ſuos. hi cuſtodierunt eloquiũ
tuũ: ⁊ pactuz tuũ ſeruauerunt. Deutero. xxxiij. xciij.
di. diaconi. v. Famã mundi refugit. Theſauruz virtu
tũ occultat ſicut magi vſqz ad chriſtũ. Mat. ij. Pro
uer. xxj. Theſaurus deſiderabilis. ſ. multitudo bono
rũ, ⁊ oleũ. ſ. pinguedo dilectionis in habitaculo viri
iuſti. i. in conſciẽtia. Eccle. xliij. Aperti ſunt theſauri:
⁊ euolauerunt nebule ſicut aues. i. euanuerunt virtu
tes p iactantiã. Greg. in homil. xj. euangeliſtarũ ſup
illo Mat. xiij. Sile eſt regnum celoꝝ theſauro. De-
predari deſiderat qui theſaurum in via portat. Hie-
re. xvij. Victu ⁊ veſtitu tenui cõtentus eſt. xij. q. j. cle-
ricus. Nõ vendit ſe ⁊ operas ſuas ſpũales mundo:
Ad patriã, cũ Dauid ps. xlj. ſitit ſicut ceruus ad fon
tes aquarũ. A via regia que eſt crux dñi diſcreta non
declinat ad dexterã falſi ſpũs ⁊ ceci feruoris: nec a ſi-
niſtris que eſt via carnis. Nume. xxj. Qui nihil ſibi
appropriat. xij. q. j. nolo. ⁊. c. non dicatis. Qui omnẽ
ſecularẽ ꝯuerſationẽ vitat: ⁊ ſolus in amaritudinem
peccatoꝝ ſuoꝝ ſedet. Hier. xv. xvj. q. j. placuit. xj. q. iij.
qñ. Jſte ſic peregrin⁹ eſt onager in eremo: quẽ leo. i.
diabolus. iij. q. j. nulli. maxime ſub ſpecie ſpũs. vt ſu-
perius eſt probatum in prin. iſtius. §. depredari feſti
nat. Eccle. xiij. Verus enim anachorita peregrinus
ſicut incognitus ⁊ aduena intrat deſertuz: ⁊ vſqz ad
mortẽ ⁊ monumẽtuz ſyluaticus ⁊ incognit⁹ in eo vi
uit: priuatus oi familiaritate humana maxime parẽ
tuz. ſm Climacuz. Unde quum iudex Alexandrie
abbatẽ Moyſen ſummuz anachoritã q̃reret in de-
ſerto: ⁊ ei obuiaſſet: quũ euz non cognoſceret: dixit ei
iudex. Ubi eſt cella abbatis Moyſi? rñdit ipſe idez.
Quid queritis hoiem ſtultũ ⁊ hereticũ? ⁊ ſic noluit
ſe ibi pandere. Jmmo etiã nec paſtor abbas matri
ſue oſtium celle voluit aperire ne eã videret. Nec a-
tera ſanctimonialis Germanuz religioſum eã viſitã
tẽ voluit videre: mittens ei dicendo. Videbim⁹ nos
in alia vita. Et Arſenius patriarche Alexãdrie volẽ
ti eum viſitare miſit dicẽdo. Si ſolus veneris ſuſci-
piã te: alias hic non ſedebit Arſenius. Sed hodie cel
lule noſtroꝝ anachoritarũ hypocritarũ a muliercu-
lis viſitant: qd̕ eis ſepe Aſſiſij ⁊ alibi prohibui. Ad-
uenientibus ſecularibus ſub ſpecie charitatis men-
ſas parant. Cuz eis comedunt: ⁊ vltra tertiã vicẽ bi-
bunt. xliiij. diſt. qñ presbyteri. q̃ palea eſt. Cum eis de
mundo loquunt. Se eis oſtendunt viuos: non mor
tuos. xvj. q. j. ſunt nonnulli. Sed talis vita mors eſt:
qꝛ nomẽ habent ſicut eremite. viuunt: ⁊ mortui ſunt
in aĩa Apoc. iij. in prin. qꝛ ſeculariter viuunt. vita eñ
⁊ mors interius ſunt: vt ſi cum ſecularibus delecter
⁊ afficiar ⁊ triſter in eoꝝ ⁊ proſperis ⁊ aduerſis: mor
tuus ſum cum eis: ⁊ eundẽ locum in illa vita partici
pabo quẽ ipſi habebunt: qꝛ cum eis vixi mẽte ⁊ mo
ribus: etſi non loco ⁊ habitu in hac vita. vt dicit ma
gnus Antonius qui allegatur ab Abraam anacho-
rita in collatione. xxiiij. ⁊ vlti. in lib. collationũ Joã.
caſſi. Aut ergo hmõi gyrouagi religionẽ accipiãt ab
eccleſia approbatã: aut vitã eremiticam veraciter ſer
uent: que etiã eſt ab eccleſia approbata. xvj. q. j. g ve-
re. xxvij. q. ij. §. ecce. ij. q. vij. §. vlti. ex̃ de excel. pla. cuz
ex eo. §. fi. lib. vj. Sed qꝛ tales in duas partes claudi
cant: recti nõ ſunt. iij. rñ. xviij. xlix. diſt. hinc etenim.
Non diligunt ſimplicẽ. ex̃ de ſum. trini. c. j. in princi.
oino deũ verũ: ſed in duas partes diuiſi deũ ⁊ mun-
dũ querunt: quinimmo mundi cultores in eoꝝ cor
dibus ſibimet contradicunt: qꝛ deũ volunt ⁊ nolũt:
ſed verius munduz volunt ⁊ colunt. Quidã etiã ex
eis ſuperius apoſtolici ⁊ Begardi noiati pauperta-
tẽ euangelicã ſe ſeruare dicentes: qꝛ nec locũ habẽt,
nec aliquid ſe portare dicunt: vere gyrouagi ⁊ vere
ribaldi per mundũ curſitant in plateis comedũt: qꝛ
aliqui eoꝝ conſcientiã habent comedendi in domo:
⁊ ſpecialiter ab aliquo aliquid petendi: ſed clamant
in plateis eleemoſynã ſibi dari: vel cantant, nil expſ-
ſe petendo: ſed clamando: nec laborare volunt con-
ſcientias habentes ſi aliquod opus faciant corpora
le. Dicunt eniz ꝙ debent orare ꝯtinue ne cadant in
tẽtationẽ. ⁊ qꝛ apl̃s dicit. j. ad Theſſa. vlti. Sine in-
termiſſione orate. Et maria optimaz partem elegit.
Luc. x. ⁊ ſimilia allegãtes. Jſti in veſtibus ouiũ ve-
niunt. Mat. vij. ſed intus ſunt lupi rapaces. Jſti il-
los hereticos ſequi vident q in canone aplici nũcu-
pant: qui nil propriũ poſſidentes, nequaq̃z recipiũt
eos qui aliqd propriũ poſſidẽt in hoc mondo. xxiiij.
q. iij. quidã. ꝟ. apoſtolici. Jmitari etiã vident alios
hereticos qui vocant montani. de quibus. xxiiij. q.
iij. quidã. ꝟ. montani. Nolle enim aliquid propriuz
poſſidere in ſpeciali ⁊ in cõi, ſicut fratres minores ex
regula profitentur: perfectiſſimum eſt. extra de verb.
ſignifi. exijt. lib. vj. ⁊ eod. ti. exiui a paradiſo. in clem̃.
ſed eos qui proprium poſſident condemnare hereti
cum eſt. vt prealle. cap. quidam. ver. apoſtolici. Nam
⁊ apoſtoli aliquoties pecunias habuerunt: ⁊ cibos
emerunt. Joan. quarto. Et Judas loculos domini-
cos portabat. Joan. duodecimo. xxiij. queſt. iiij. quid
ergo. xij. q. pri. habebat. quod tamẽ declarat eccleſia
ꝙ habuit dominus loculos in perſonam infirmorũ

de eccleſia.quã declarationẽ etiã habuit ab Augu. ⁊
alijs doctoribus eccleſie qui hoc dicunt : ⁊ hoc bene
colligitur preal.c.habebat.⁊ clarius in preal.c. exijt.
lib.vj.latiſſime iſtã materiã pertractaui.j.in.§.porro
in.lv.c.⁊ in c.lvj.p totuʒ.Et eccleſia primitiua in cõi
propriũ habebat.xij.q.j.c.ij.⁊.c.qr tua.Et oẽs anti-
qui ⁊ probatiſſimi anachorite de laboribus ſuis p̃-
cia recipiebant: ⁊ propriũ habebant,licet permodi-
cum: ⁊ pauperrimi eſſent:⁊ multas eleemoſynas de
ſuis laboribus pauperibus erogabant : qr pecunie
eoꝝ erant,⁊ proprium habebant.ad hoc.xix. q.vlt.
§.econtra paulus.⁊ quod no.xxvij.q.ij.§.ecce.in gl.
pri.tm̃.Sed ⁊ chriſtus ⁊ apoſtoli non in plateis co-
medebant:nec petendi eleemoſynã conſcientiaʒ ha-
bebant:immo frequẽter in Bethania in domo La-
zari, Marthe,⁊ Marie,comedebant. Luc.x.Joã.
xij.⁊ in domo Simonis leproſi. Luc.vij. ⁊ in domo
principis phariſeoꝝ.Luc.xiiij.⁊ ĩ domo leui. Mat.
ix.⁊ Luc.v.⁊ in domo Zachei.Luc.xix.⁊ in nuptijs
ĩ chana galilee celebratis.Jo.ij.Sed iſti pſeudo apo
ſtoli ⁊ Begardi iſtius tpis perfectiores apparere de
ſiderãt q̃ʒ veri apli ⁊ veri anachorite qui ⁊ viri apo
ſtolici extiterunt. Sed mentita eſt iniquitas eis : qa
ipſi profeſſionem apoſtolicã non ſeruant:nec vitam.
Apoſtoli enim in ſe perfectiſſimi.xxiiij.q.ij. ⁊ vlti.le-
gatur.⁊ pauperrimi in ſalutẽ gentiũ per orbẽ a dño
miſſi ſunt ad baptizandũ,ad predicandum. Marc.
vlt.de conſe.di.iiij.proprie.ad ligandum ⁊ ſoluendũ
per claues eis a dño datas.Jo.xx. de pe.di.j.queʒ pe
nitet.ſed iſti pſeudo boues ſunt ad preſepe euacuan-
dũ: non triturandũ ⁊ predicandũ.xiij.q.j.§. his ita.
qr miſſi ab eccleſia non ſunt : ſed a ſpiritu maligno
ad illos de eccleſia decipiendũ.ex̃ de hereti.cũ ex in-
iuncto.non catechizant : neqʒ baptizant: neqʒ predi
cant: niſi de facto.xvj.q.j.adijcimus. qr nec preſby-
teri ſunt : ⁊ ſi aliqui ſint non curati : nec abſoluunt :
nec ligant:qr claues non habent.xvj.q.j.§.ecce.j.⁊.ij.
Vere poltrones ⁊ ribaldi ⁊ ab hominibus deteſtan
di ſunt: qr nec eccleſie ſeruiunt: nec proximo: nec ſi-
bi in chriſto: nec dño ieſu chriſto: in nullo ordine p-
manentes: de paupertate plenis ventribus quoruʒ
ipſi ſunt deus. Phil.iij.⁊ vita apoſtolica gloriantes
contra enim dei eccleſiã ⁊ ſua ſacra concilia ſuperius
in prin.iſtius.§.allega.ſibi ordinem in oculis hoĩm
inuenerunt. Qr autẽ ſe dicunt velle orare cõtinue:
falſis geſtis ⁊ verbis ſe ⁊ munduʒ decipiunt: qr nec
chriſtus qui viator ⁊ cõprehenſor erat ſemp in actu
exterioris orationis erat: nec Apoſtoli: immo predi
cabant ⁊ docebant. Mat.v.Mar.vlt.⁊ quidã eoꝝ
manibus proprijs laborabant.ij.Theſſa.vlt.⁊ Joã.
vlt.de apoſtolis ⁊ diſcipulis piſcantibus ⁊ ſic labo-
rantibus proprijs manibus.j.q.ij.ſacerdos. de con.
diſt.v.nunq̃ʒ. Nã qḋ dicit apl's.j.ad Theſſa.vlt.Si
ne intermiſſione orate.non ad literã.ij.Corin.iij.que
occidit debet intelligi: ſed horis competentibus. vt
no.in preal.c.nunq̃ʒ.in gl.j.⁊ colligitur.xxxj.di. ſi lai
cus. Nã idem apl's Paulus dicit.j. ad Corin.vij.ꝙ
vacandum eſt vſui matrimonij : niſi ex conſenſu ad
tp̃s vt expeditius vacent coniuges orationi. xxxiij.
q.iiij.chriſtiano. quũ dicit ad tempus ergo non ſem
per actualiter.Et ſuper verbo preal.apoſtoli,ſine in-
termiſſione orate.j.Theſſa.vlti.gloſ. Si continuum
eſt deſiderium:continua eſt oratio.⁊ Augu. Beataʒ
vitam ſemper a dño deſideremus:⁊ ſemper oramus.
Et ſm Aug.Omne bonum opus oratio eſt: qr non
deſinit orare qui non deſinit benefacere. Et omnis
ſancta affectio ⁊ cogitatio ⁊ intentio ⁊ memoria dei
vera oratio eſt . Et ideo quum Jo. anachorita illu-
ſus a demone dixiſſet germano ſuo cum quo erat in
cella: ꝙ nolebat laborare : ſed cõtinue orare ſicut an
gelus : ⁊ magis ad deſertum ire:tandeʒ dimiſſis eſt
a germano: ⁊ ſtans per octo dies in interiori deſer-
to abſqʒ cibo maceratus fame, reuerſus eſt ad cellaʒ
fratris.⁊ quum pulſaret oſtium : ⁊ ſe Joannem dice
ret:⁊ frater alius obaudiret:⁊ diceret ei. Joannes fa
ctus eſt angelus: ⁊ non eſt ſuper terram: tandeʒ ape
ruit oſtiũ: ⁊ quum Joannes ab eo veniã peteret: ait
ei germanus. Si homo es:labora ⁊ comede ⁊ viue:
quia ſcriptũ eſt in p̃s.cxxvij. Labores manuũ tuaꝝ
quia manducabis.Quum etiã alij anachorite venis
ſent ad quendã patreʒ qui manebat cum diſcipulis
ſuis : ⁊ eos laborantes inueniſſent : ⁊ dixiſſent eis.
Cur laboratis cibũ qui perit? Jo.vj. Nos eniʒ con-
tinue oramus.dixit eis ſenior. Nunquid non dormi
tis ⁊ comeditis? ergo non verũ dicitis.Sed ego oñ
do vobis qũo oro continue: intexo palmas : ⁊ dico.
Miſerere mei deus. Nunquid eſt orare? Deinde p
laborem meum duodecim denarios lucror: quoruʒ
duos do pauperibus: vt pro me orent quum come-
do ⁊ dormio. Alius frater peregrinus veniens ad
Syluanum abbatem laborantem, dixit. Cur labo-
ratis? Maria optimam partem elegit. Luc.x. Syl
uanus ait diſcipulis:Date ei codicem ad legendum
⁊ ponite eũ in vna cella.Trãſacta hora nona poſtq̃ʒ
fratres comederant:exiuit ille de cella dicens, Nun
quid fratres non comederunt? ⁊ audiuit ꝙ ſic:⁊ di-
xit. Quare me non vocaſtis? Et dixit ei Syluanus.
Tu hõ ſpiritualis es: ⁊ nõ indiges hac eſca . nos au
tem tanq̃ʒ carnales opus habemus manducare : ⁊
ideo laboramus.Et quum ille frater verecundatus
inciperet penitere:⁊ dicere, Indulge mihi abba.tũc
reſpondit ei Syluanus. Neceſſe eſt Martha Ma-
rie.propter Martham enim miniſtrantem laudat
Maria.hec in vitis patrũ. Sine intermiſſione etiã
orare eſt.ſm Jo.caſſi.in lib.collationum.in pri.colla
tione. de oratione.ſ. cuſtodia cordis a vitijs ⁊ curis
ſecularibus: vt tales ante orationem ſimus quales
in orationibus volumus inuenire. Et ſm Jo.caſſi.
ibi: oratio eſt voti adimpletio . Item ſi actualiter ſp
orandũ eſſet:fruſtra eccleſia cũ dauid ſepties in die,
⁊ nocte orare preciperet.xcj.di.preſbyter.⁊ ex̃ de ce-
leb.miſ.c.j.Sed quia ſm Damaſce. Oratio eſt pius
affectus in deũ directus:hanc ſemper conari habere
debemus,comedendo,bibendo,ambulando,labo-
rando,loquendo,⁊ quodammodo dormiendo:ſicut
de beato Franciſco legit : quia etſi corpus dormiat:
cor cũ deo ambulat : cuʒ eo vigilat:⁊ de eo ſomniat.
Cañ.v.Sed vere oṙo iſtoꝝ pſeudo aploꝝ ⁊ begardo
rũ in pcm̃ fit ſm p̃s.cviij.⁊ de peni.di.iij.nihil inde.
quia non orationi vere: ſed vagationi ⁊ dormitioni
⁊ ingurgitationi operam dant more hypocritarum
in angulis platearum, ⁊ palam in conſpectu homi-
num in eccleſijs , actum orationis exterioris oſten-
dẽtes: ſed in cubiculis de nocte ſcribentes. ⁊ ſi orãt
tempus quodammodo perdentes:quia corde vagã
tes:vt populus iſte labijs aliquoties deum honoret
cor autem longe ſit ab eo.Eſa.xxix. ⁊ Matth.xv.fa
cit.de conſe.diſt.v.non mediocriter. ⁊ Matth.vj.in
prin. Cum oratis non eritis ſicut hypocrite triſtes:
qui amant in ſynagogis ⁊ in angulis platearũ ſtan
tes orare: vt videantur ab hominibus. Chryſo.ſup
Mat. Eſt aũt oratio quaſi quoddã ſpũale tributũ:

quod aīa offert deo de viſceribus ſuis. quanto ergo glorioſior eſt:tanto cautius eſt ſeruanda: ne propter hoīes facta vileſcat. Jtem idem in Homil. Hypocritas vocat qui deū ſe fingentes orare:hoīes circūſpiciunt.⁊ ideo ſubdit: Qui amant in ſynagogis orare. Jdez ſuper Mat. Puto aūt ꝙ hoc non ad locū refert dn̄s: ſed ad propoſituz orantis. Jn conuentu enim fideliū orare laudabile eſt ſicut dictū eſt.in.p̄s. lxvij. Jn eccleſijs benedicite deuz. qui ergo ſic orat vt ab hoībus videat̄:non deū aſpicit ſed hoīes. ⁊ iō quantū ad propoſitū ſuū in ſynagoga orat: vn̄ dicit dn̄s:qui amant quaſi cupiant videri. Cuius autem orantis mens ſolū aſpicit deū: quāuis in ſynagoga oret:tn̄ apud ſe in ſecreto videat̄ orare. Et in angulis platearū.vt videant̄ abſconſe orare: ⁊ ſic dupliciter laudent̄: ⁊ qr orant: ⁊ qr abſconſe orant.ſed nullus angulus platee multū occultus eſt. Jtez ibi gloſ.vel anguli platearū ſunt vbi via per tranſuerſum vie ducit̄,⁊ in quadriuiū redit. Chryſo.ſuper Mat. Eo ergo propoſito in conuentu vetat orare vt a conuentu videat̄.vnde ſubdit̄:vt videant̄ ab hoībus. Orans ergo nihil nouum faciat:qd̄ aſpiciant hoīes: vel clamando:vel pectus percutiendo: vel manus expandendo. Aug.de ſermone dn̄i. Non aūt videri ab hominibus:nefas eſt: ſed ideo hoc agere vt ab hoībus videaris. Chryſo.in homil. A vana enim glia vbiqꝫ erui bonum eſt:maxime autē in oratione. ſi enim ſine hoc cogitationibus circūferimur: ſi ad orandum ingreſſi fuerimus,hanc habentes egritudinē qualiter intelligemus ea que a nobis dicunt̄? adde hic q̄ no.ſ.in.§.aliud vitiū peculiare. ver. Jtem Mat. vj. in c.lxxviij. Habere aūt gratiā orationis mentalis paucoꝝ eſt:rariſſimoꝝ aūt ſtatum ectaticū ⁊ contēplationē aſcendere. Et ideo eccleſia non precipit nec indicit orationē mentalē: ſed attentā vocalē pro loco ⁊ tpe opportuno.ex̄ de celeb.miſ.dolentes.de quo vide qd̄ no. Jo.an. in cle.de rel. ⁊ venera.ſanctoꝝ. ſi dn̄m. Utinā hi tales pſeudo apl̄i ⁊ ficti religioſi nō ſic orarent:ſed foderent ⁊ ararent. Gen̄.iij. Et panē in ſudore vultus ſui manducarent: ⁊ oratione vocali dn̄ica: pater noſter: contenti eſſent:ſicut alij ſimplices huius mundi: vt non cum ſua ſimulata ⁊ imaginaria oratione perirēt. Sed quidā ex eis in mundo procarij:quidam pecorarij: quidam armentarij:quidam cementarij:quidā carbonarij: quidā fabriferrarij:aut alijs diuerſis operibus mancipati: de labore manuum iuſte ſibi victum querentes: ⁊ ſue familie: talem ſanctū laborem ⁊ a dn̄o indictū refugientes. Gen̄.iij.qr hō naſcit̄ ad laborandū. Job.v.muta habitu quē ſibi adinuenerunt:ſed non corde de labore ⁊ erūna,vilitate ⁊ paupertate ad otiū ⁊ requiē corporis:vbertatē ⁊ libertatē noxiā: tranſierūt: ⁊ de vera penitentia quā in mūdo faciet de iuſtis ſuis laboribus ſe ⁊ ſuā familiā ſuſtentantes:⁊ chriſtuz in ſuis pauperibus honorantes. Prouerb.iiij.j.q.j.non eſt putanda.ad fictam penitentiaz tranſierunt:⁊ de eis ad literā verbum dn̄i poteſt dici Act.xx.in fi.⁊ extra de cele.miſ.cū marthe.§.verum.beatius erat illis dare pauperibus eleemoſynas etſi paucas:qꝫ nunc ſub habitu pauperum recipere aliena: ſicut inferius declarabo. Porro nullus quaſi ſupradictoꝝ ſarrabaitarū gyrouagoꝝ ⁊ pſeudo apoſtoloꝝ begardoruz ⁊ fratricelloꝝ:⁊ illorum de paupere vita laborare vult manibus ſuis: ſed de eleemoſynis viuunt. Qr autē mendicare non poſſint ⁊ de eleemoſyna viuere ſic clare probatur. Sancta dei eccleſia certos in concilio generali: mendicantiuz ordines approbauit:omnes alios reprobauit.extra de reli.domi.religionum lib.vj. Sed certum eſt ꝙ omnes predicti aliquē modum ordinis ſibi conſtituunt in habitu in vita ⁊ in congregatione.quidam ex eis in ſua ſecta viuentes: ſub cuius colore mendicant de nullo approbato ab eccleſia ordine mendicantium exiſtentes contra eccleſiam viuunt.immo iſtis tpibus dn̄s papa Joannes.xxij.contra oēs ſic viuentes ⁊ eis fauentes excōmunicationis ſententiam promulgauit in quadam extrauaganti edita contra eos que incipit, Sācta romana.⁊ nihilominus clemens in ſua conſtitutione iſtos begardos tanq̄ȝ ſuſpectos de hereſi reprobauit.ex̄ de hereti.ad noſtrū.in clem̄. quoꝝ errores inferius annotant̄. Jtē ſm Auguſt.de operibus monachoꝝ. Non poſſunt de eleemoſyna viuere niſi predicatores ab eccleſia approbati.xlij. di. quieſcamus.ſacramentoꝝ miniſtratores.miniſtri etiaz altaris:qui tm̄ etiaz reliquerunt ⁊ pauperibus erogarunt: ꝙ in ſeculo poterant viuere. Et intelligo ꝙ aliquē ſtatuz approbatū ab eccleſia receperunt, ſaltē verū eremiticū xvj.q.j.qui vere.quia non ſufficit relinquere ſua ⁊ dare pauperibus:niſi ⁊ chriſtum in aliquo ſtatu licito quis ſequatur.vnde Mat.xix. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te. Ubi Gregor. Quia ergo non ſufficit tm̄ relinquere:iungit qd̄ perfectum eſt:⁊ ſecuti ſumus te.non dixit qui reliquiſtis oīa.hoc enim ⁊ Socrates ph̄s fecit ⁊ multi alij diuitias contēpſerunt:ſed qui ſecuti eſtis me qd̄ proprie apoſtoloꝝ eſt atqꝫ credentiū.ad hec.xij.q.ij.glia.℣.Socrates. Sꝫ ſupradicti pſeudo nullū ſtatū ab eccleſia approbatū ſeruant: nec aliquā de predictis conditionibꝰ quas Aug.ponit prout cōiter habent. Jtem habens in bonis vnde victum ⁊ vite neceſſaria ſibi percipiat: mendicare non poteſt.j.q.ij.paſtor.⁊.c.clericos.⁊ ibi no.⁊ lxxxvj.di.non ſatis. ℣.ſed hec. ⁊ alias habens etiam facultatē laborandi operandi ⁊ artificijs vel manibus proprijs victum querendi, mendicare nō poteſt.xxj.q.j.clericus,in fi,⁊.xcj.di. clericus victum. ⁊ ibi no.⁊.lxxxj.diſt.c.j.C.de mendi.val.l.vna.v.q.v. non oīs.xxiij.q.iiij.nimium,in autē.de queſtore.§.ſi vero vite.℣.ſi vero huiuſmodi. vſqꝫ ad.§.ſi vero aliqui.xxxj.qō.j.quomodo.no.xxiij.q.iiij.§.ex his.glo. dum inde. Unde ⁊ dicti fratricelli ⁊ begardi ⁊ pſeudo apoſtoli quū propriū habere poſſint:nullā approbatā regulā promittentes:⁊ ſi aliqui ex eis vitā eremiticā tenere videant̄:qui propriū habent:vt.xix.q. vlt.§.econtra.quū laborare poſſint: ⁊ ſi neſciunt diſcant:petendo eleemoſynam peccant mortaliter contra iura ⁊ canones faciendo.xxv.q.j.violatores.⁊.c. generali.iiij.q.j.qd̄ precipit̄. Jtē contra charitatez faciunt:qr eleemoſynam pauperis infirmi:vel ſenis, vel nō potētis laborare ſibi vſurpāt contra id. xlvij. di.ſicut hi.⁊ pre.c.non ſatis. Et quia negligunt tales iuſtitiaz operandi de cibo mendicato ſecuri: ideo eis etiam eſurientibus non tamē ad mortem cibus tollendus eſt ſm Aug.v.q.v.non omnis.⁊ no.xlij.diſt. quieſcamꝰ. Et ſi monachi ab eccleſia approbati manibus laborare tenentur.xvj.q.j.de preſentiū.⁊ probatur late inferius. Et fratres minores ſm regulaz eoꝝ,vt declarat̄ ex̄ de ℣.ſigni.exijt.lib.vj.multo potius hi tales:qui nec tamen veri eremite ſunt eremū incolētes.de quibus in autent. de monachis.§.cogitandū.hn̄tes nomē ſine re.cōtra id.xlij.diſ.oratoriū. xvj. q.j.ſi cupis. Jtē ſi ſtatū anachoriticum aut eremiticū ſeruare ſe dicunt qui eſt: vt.ſ.dixi: ab eccleſia

approbatus.ex̄ de exceſ.pla.cum ex eo.§.fi.lib.vj.vbi de hoc.adhuc eos in tali ſtatu laborare oportet: vt dictū eſt in additione.⁊ de ſudore ſuo ſibi cibū querere: ⁊ non mendicare:nec alienā agapen recipere:niſi in vltima eſſent mortis neceſſitate ineuitabili conſtituti.ad hoc.lxxxj.diſt.c.fi.⁊.lxxxij.di.§.j. ⁊.c.j. vbi de hoc.a ſenſu contrario.⁊ ibi no.⁊ expreſſum.xxxj.q.j. q̄uo.ibi.Et idcirco etas preſcribitur: vt illi tm̄ accipiant pauperū cibos:qui iā laborare non poſſunt.⁊ de con.di.v.nunq̄z. Et fratres etiā minores ex regula laborare tenentur:ſed clerici propter occupationē laboris ſpiritualis,officij diuini,lectionis,ſtudij,predicationū,confeſſionum,⁊ ſimiliuz,excuſant: ſed eorū laici profeſſi obligant ad laborādū: niſi quū ſunt in fratrum clericoꝝ ſeruitijs occupati. ex̄ de v̄b.ſig. exijt.lib.vj.facit etiā ad hec.j.q.ij.ſacerdos.xcj.diſ.in palea.preſbyter.⁊.c.clericus.j.⁊.ij.v.q.v.non omnis. Et dicit lex ꝙ pauper qui laborare poteſt: ſi ſe immiſcet eleemoſyne imperatoris redigit in ſeruitutez.C. de mendican.vali.l.j.lib.xj.⁊ notat in preal.c.j.lxxxj. di.Sic vixerunt oēs anachorite ⁊ eremite ⁊ cenobite in Egypto:⁊ in Libya,⁊ in Paleſtina, ⁊ in omnibus alijs Grecie locis: ⁊ vbilibet antiquitus conſtituti.ſ.de laboribus manuum ſuarum, ſicut in vitis patrum, ⁊ in libris Jo.caſſi. ⁊ in lib. qui dicitur paradiſus:⁊ in regula beati Benedicti manifeſtum eſt.⁊ patet.xvj.q.j.de preſentiū.ibi.labor manuū.Et hanc formā laborandi primo dedit angelus ſancto Antonio magno ſecundo eremite poſt Paulum in forma humana ſibi apparens, inſtruens per actum q̄uo oraret ⁊ operaret: ⁊ poſtmodū poſt euz oēs ſancti anachorite ⁊ cenobite egyptij maxime de laboribus proprijs vixerunt.ſicut in vitis patrum habet. adeo enim intenti erant illi veri religioſi operi manuali: ꝙ non ſolum vitā ſuā ex ſuis operibus tranſigebant: ſed per Egyptuz ⁊ Libyam per carceres ⁊ hoſpitalia ⁊ alia pia loca que ſupererant eleemoſynas tranſmittebant:⁊ de ſuis ſanctis ⁊ iuſtis laboribus alios pauperes inualidos ſuſtentabant:adeo vt vix pauperes ſufficerent ad tantas eleemoſynas receptandas.Jmmo quidam ex patribus in vltimis eremis remotis ab hominibus exiſtentes,⁊ operas ſuas vendere non valentes, ⁊ de fructibus ⁊ herbis eremi ⁊ de aliqua agricultura viuentes: nihilominꝰ laborabant:⁊ poſtq̄z cellas ſuis operibus implerāt: ignem eis apponebant: aſſerentes monachum non poſſe in ſolitudine ſine labore manuum permanere. vt narrat Jo.caſſi.in.xij.libel.in lib.de accidia.de abbate Paulo probatiſſimo patrum. Quanto autem (quod eſt mirabile ⁊ notabile) magis contemplatiui quidam ex eis amplius manibus laborabant: vt patet in Machario ⁊ Arſennio. Laborabant autē de palmis funiculos faciendo ⁊ plectas, vaſcula lignea aut iuncea,aut cingula. quidā eoꝝ erant fabri. nā ⁊ Joſeph pater chriſti putatiuus faber lignarius fuit.Mat.xiij.Mar.vj.Luc.iiij.⁊ ſimile Jo.vj.ibi. Nonne hic eſt filius fabri? Augu.in ſermone natiuitatis.Eſt autem pater chriſti faber deus qui totius mundi opera fabricatus eſt: arcam Noe diſpoſuit: Moyſi tabernaculuz ordinauit: arcā teſti inſtituit. Fabrum dixerim qui mentem rigidam explanat: ac cogitationes ſuperbas excidit.Quidam ſcriptores, quidam agricultores, quantuz eis ſufficere poterat: quidam hortulani, quidam eorum tempore meſſis meſſores,de quo mercedem recipiebant: nunc pecuniam,nunc alicuius ſpeciei granum:quidam eorum fabricabant cellas:⁊ puteos fodiebant: quidam clibanarij.Tradit Jo.caſſi. in.ij.lib. inſtitutoꝝ monachoꝝ Egypti ſic dicens.Operis autē ac ſudoris aſſiduitatē quiſq̄z monachoruz ſubire compellitur: vt proprijs manibꝰ iuxta ap̄lm.ij.Theſſa.iij.quotidianum victum vel ſuis vſibus vel aduenientiū neceſſitatibus parans,⁊ faſtus vite preterite poſſit ⁊ delicias obliuiſci:⁊ humilitatem cordis contritione laboris acquirere.Et in alio.ca.eiuſdem libri ſic dicit. Nam pariter exercētes corporis animeq̄z virtutes: exterioris hoīs ſtipendia cum emolumentis interioris exequantur: lubricis motibus cordis ⁊ fluctuationi,⁊ cogitationi inſtabili operum pondera velut quandam tenacem atq̄z immobilem anchoram prefigentes: cui volubilitas atq̄z peruagatio cordis innexa,intra clauſtra celle velut in portu tutiſſimo valeat contineri:atq̄z ita meditationi ſpirituali tantum ⁊ cuſtodie cogitatio intenta non mō ad conſenſum: non praue cuiuſq̄z ſuggeſtionis peruigilem mentem corruere non ſinat: verum etiā ab oī ſuperflua otioſaq̄z cogitatione cuſtodiat: ita vt quod ex equo ponderat aut facile poſſit a quoq̄z diſcerni.i. vti propter meditationem ſpiritualem inceſſabile manuū opus exerceant:aut propter vigilitatem operis tam preclarum ſpiritus profectum ſcientieq̄z lumen acquirant. Jn quarto autem libro ſic dicit.Et quum tm̄ vnuſquiſq̄z eoꝝ quotidie de opere proprio reditum conferat monaſterio: vt ex hoc non ſolum ſuſtentare ſuaz valeat parcitatem: verum etiam vſibus poſſit exuberare multoꝝ:in nullo tū̄ inflatur: nec ſibi de tanto operis ſui queſtu ac ſudore blanditur:ſed preter duo paxematia que tribus vix denarijs ibidē diſtrahuntur: nihil ſibimet amplius vnuſquiſq̄z preſumat. Jtem in.v.lib.ſic dicit. Quum quidam ſenioꝝ videret Symeonem italicum non operantem: conijciēs eum tam otij vagatione q̄z rerum penuria diutius in cella durare non poſſe: certus neminem poſſe impugnationes ſolitudinis tolerare: niſi quum quis proprijs manibus ſibimet victum fuerit parare contentus:vt daret Symeoni materiā laborandi: quaſi indigeret ſenior pro quodam fratre ſuo libro apoſtoli latine conſcripto: dedit illi membranas ⁊ vtenſilia ad ſcribendum:⁊ neceſſitates quaſi pro totius anni mercede:⁊ recepit codicē ſcriptum illic nullis vſibꝰ profuturum:quippe in illa regione vniuerſis notitie lingue latine penitus ignaris:⁊ hac ſubtilitate charitatiua egit ille ſenior vt ille Symeon ſine confeſſionis verecundia,merito laboris ⁊ operis ſui neceſſaria victus alimenta perciperet:⁊ ipſe ſue munificētie pietatem tanq̄z debiti neceſſitate compleret. Jtem in eodem.v.lib.dicit ꝙ Archebius cenobita qui matrem in quinquaginta annis non viderat: quamq̄z caſtrum de quo fuerat amplius quatuor milibus a ſuo monaſterio non diſtaret: ſciens eaz grauari a creditoribus poſt mortem mariti debito centuz ſolidorum, inter monaſterij clauſtra perdurans ſolitū operis penſum ſibi triplicari popoſcit:⁊ per totum anni ſpatium diebus pariter ⁊ noctibus deſudans debiti nodum operis ſudore creditoribus ſoluens,matrez omni inquietudinis iniuria liberam dereliquit. Jtem ſuper illud Matth.pri. Erant enim piſcatores, dixit Theophilus. Uide autem ex laboribus proprijs enutritos: tales enim digni, erant chriſti primi diſcipuli fieri.Jtem idem in decimo lib.de ſpiritu accidie apoſtolum commemorans exponi.ij. ad Theſſa.quarto.capi. Rogamus autem vos fratres

vt abundetis magis:⁊ operá detis vt quieti ſitis: ⁊
veſtra negotia agatis:⁊ operemini manibus veſtris:
vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt: ⁊ nulliꝰ
aliquid deſideretis. Repete. Quieti ſitis.i.in veſtris
cellulis cómorantes:ne diuerſis rumoribus qui ſo-
lent otioſoꝝ votis vel fabulis generari, inquieti ef-
fecti:alijs quoqꝫ inquietudinē inferatis. Veſtra ne-
gotia agatis:non curioſitate veſtra actus mundi ve
litis inquirere:ac diuerſoꝝ ꝯuerſationē explorantes
operā veſtrā non erga correctionem veſtram ſeu vir
tutum ſtudia,ſed ad detractionē fratrum velitis im
pendere.de qua detractione de pe.di.j. homicidioꝝ.
⁊.xc.di.alienus. Et operemini manibꝰ veſtris. Nul
lus enim poteſt vel inquietus nō eſſe: vel aliena nō
curare negotia: niſi qui operi manuum ſuarū nō ac-
quieſcit inſiſtere. Et honeſte ambuletis ad eos qui
foris ſunt. Nunq̄ꝫ poteſt nec apud hoīes ſeculi ho-
neſte incedere: qui nequaq̄ꝫ clauſtris celle ⁊ opi ma
nuum ſuarū inherere contentus eſt. Sed neceſſe eſt
eum inhoneſtum eſſe: dum neceſſaria victus reqrit:
adulationi quoqꝫ operā dare:nouitates etiā rumoꝝ
ſectari: cauſarū fabularumqꝫ occaſiones acquirere:
per quas ſibimetipſi aditum paret, ac facultatē qua
diuerſoꝝ domos valeat penetrare. Et nulliꝰ aliquid
deſideretis. Non poteſt non alienis donis ⁊ mune-
ribus inhiare:qui non delectaṫ pio quietoqꝫ labore
operis ſui quotidiani victus parare ſubſtantiā. Et
in.ij.epiſtola ad Theſſa.c.vlti. Denuntiamus autez
vobis fratres in noīe dñi noſtri ieſu chriſti: vt ſubtra
hatis vos ab oī fratre ambulāte inordinate. Jtaqꝫ
ab ijs qui vacare operi nolunt, iubet ſubtrahi: ⁊ ve
lut mēbra otij corrupta putredine deſecari: ne iner-
tie morbus velut letale contagiū etiā ſanas mēbro
rū partes tabe ſerpente corrūpat.ad hoc.xlv.diſt.ſed
illud.xxiiij.q.iij.reſecande. ex̄ de ſta.mo. ea que.j.rn̄.
Qm̄ non inquieti fuimus inter vos:neqꝫ gratis pa
nē manducauimus.qui tn̄ poterat de euangelio qđ
predicabat,viuere.qꝛ dignus eſt operarius mercede
ſua. Luc.x.j.ad Timo.v. Dignus eſt operarius cibo
ſuo. Mat.x.xij.q.ij.quicunqꝫ.j.ad Corin.ix.j. q.ij.ſa
cerdos.xiij.q.j.§.his ita.ex̄ de cenſibus.cū ex officij.
Quid nos faciemus:quibus non ſolum nulla p̄di-
catio verbi cōmiſſa eſt:ſed nec vlla quidē,niſi aīe no
ſtre ſolius cura mācipatur? Quia fiducia otioſis ma
nibus gratis panē comedere audebimus: quē vas
electionis euangelica predicatione conſtrictus, ſine
opere manuum comedere non preſumit: ſed in labo
re (inquit) ⁊ in fatigatione nocte ⁊ die operātes:ne
quē veſtrū grauaremus? Si enim ille qui euangeliū
predicabat:ſignis illud virtutibuſqꝫ cōmendans:ne
grauaret quēpiā,gratis māducare panem auſus nō
fuit:q̄uo illi non exiſtimant ſe grauare:qui quotidie
eum otioſi preſumunt? Non quaſi nos non habue
rimus poteſtatem: ſed vt noſmetipſos formam da-
remus vobis ad imitandum nos. Et quidem quuz
haberemus poteſtatem:⁊ paterent nobis facultates
oīum veſtruz atqꝫ ſubſtantie:⁊ vtendi eis dñi noſtri
noſſem me habere permiſſum: non ſum tn̄ vſus hac
poteſtate:ne quod a me bene ⁊ licite fieret: alijs otij
noxij preberet exemplum. Et idcirco euangeliū pre
dicans meis manibus volui ſuſtentari: vt vobis
quoqꝫ volentibus iter virtutis incedere, viam perfe
ctionis aperirem:⁊ conuerſationis formam meo la
bore preberem. Nam ⁊ quum eſſemus apud vos:
hoc denuntiabamus vobis: vt ſi quis non vult la-
borare: non manducet. Audiuimus enim quoſdaz
inter vos ambulare inquiete:nihil operantes:ſed cu
rioſe agentes. His autem qui eiuſmodi ſunt, denun-
tiamus ⁊ obſecramus in dño ieſu chriſto:vt cū ſilen
tio ſuum panez operantes manducent: non gladio
carnali eos addicens:ſed authoritate ſp̄ūſſancti vite
eis interdicens ſubſtantiā: vt ſi forte penam future
mortis minime cogitantes, adhuc velint amore otij
exiſtere contumaces: ſaltē naturali neceſſitate cōſtri
cti ⁊ metu preſentis interitus, ſaluatoris precepta ſu
ſcipere cogātur. Qꝛ ſi quis non obedierit verbo no
ſtro: p epiſtolā hunc notate: ⁊ non cōmiſceamini cū
illo:vt cōfundatur. Ecce qui laborare recuſat ⁊ aplo
obedire:quaſi excōicatus dꝫ ab oibus euitari: vt pu
blica oīum ſegregatione confuſus, ad tramitem ſalu
tis incipiat aliqn̄ reuocari. Jtem ad Ephe. iiij. Qui
furabatur iam non furetur:magis autez laboret ma
nibus ſuis: quod bonuz eſt: vt habeat vnde tribuat
neceſſitatem patientibus. ⁊ Act.xx. in fi. Ad omnia
que mihi opus erant:⁊ ijs qui mecum ſunt miniſtra
uerunt manus iſte oīa. Oſtendi vobis qꝛ ſic laborā
tes oportet ſuſcipere infirmos: ac meminiſſe verbi
dñi ieſu. Beatius eſt magis dare q̄ꝫ accipere.xvj.q.j.
predicator.⁊ ex̄ de cele.miſ.cum marthe.§.verū. Hec
eſt aūt impertientis beatior largitas: q̄ꝫ accipientis
penuria:que non de pecunia pro infidelitate reſerua
ta,nec de reconditis theſauris impendiṫ: ſed que de
fructu operis proprij ⁊ pio ſudore proferṫ. Et idcir-
co beatum magis eſt dare q̄ꝫ accipere:qꝛ quuz illius
qui accipit hic qui tribuit habeat paupertatem: ni-
hilominus labore proprio non ſoluz ſue neceſſitatis
ſufficientiam, veruz etiā quod tribuat indigenti pia
ſolicitudine parare feſtinat: duplici gratia decoratꝰ:
ꝙ ⁊ perfectam nuditatem chriſti vniuerſarum ſua-
rum abiectione poſſideat facultatū: ſed ⁊ munificen
tiā diuitis labore ſuo exhibeat ⁊ affectu. Hic quidez
honorans deū de ſuis iuſtis laboribus. Prouer.iij.
j.q.j.non eſt putanda. Jlle vero otij torpore ⁊ iner-
tia ſolutus, indignum ſe etiā cibo panis apli probat
ſententia:quum contra interdictum eius panē ede-
re otioſus preſumit.hucuſqꝫ Jo.caſſia. Adde hic qđ
ſcripſi.j.in.§.ad partem contrariā.ver.xj. cū duobus
ver.ſeq.⁊ in additione ibi impoſita.⁊.j. §. hoc autez
preceptum.ver.ſuper illud actu.in c.lxv. Et idē in eo
dē lib.x. Solent autem ij qui ſunt hac ſegnitie diſſo
luti,nolentes opere manuum ſuſtentari:quibuſdam
vti teſtimonijs ſcripturarū: quibus quoddam iner-
tie velamen imponunt:dicentes. Operamini cibuz
qui non perit:ſed permanet in vitā eternā. Joā.vj.⁊
Jo.iiij. Meus cibus eſt vt faciā voluntatem eius q
miſit me.ibi Orige. Jdoneus cibus filio dei: quum
actor paterne voluntatis efficiṫ:hoc velle in ſemetip
ſo proteſtans, quod erat in patre. Solus autez filius
perfecti operis paterne voluntatis eſt capax. Ceteri
vero ſancti nil preter diuinam peragunt volunta-
tem. Plenam autem ⁊ integram dei facit volunta-
tem: qui dixit meus cibus ⁊c. Proprius eniz cibus
eius oſtenditur, voluntatem patris facere. Sed ſm
Jo.caſſi.hec teſtimonia panni quidam ſunt:qui con
tegunt potius ignominiā otioſitatis ⁊ verecundie
noſtre: q̄ꝫ calefaciant nos illa veſte virtutum.de qua
Prouerb.vltimo. Fortitudo ⁊ decor indumentum
eius. ⁊ ſecundum Salomonem. Qui ſectatur otiuz
ſtultiſſimus eſt. Prouerb.xij. Et ibidem. Manus
fortium dominabitur: que autem remiſſa eſt: tribu-
tis ſeruiet. ⁊ Prouerb. xxj. Deſideria occidunt pi-
grum:noluerunt enim quicq̄ꝫ manus eius operari.

Tota die ꝯcupiſcit ⁊ deſiderat. q̄ ãt iuſtus eſt tribuet
⁊ nõ ceſſabit. ⁊ Prouer. xxviij. Qui operaꝛ terram
ſuã: ſaturabiꝛ panibus. qui ſectaꝛ otiũ: replebiꝛ ege⸗
Oratio.tñ excellit in ſex. Primo in facilitate: qꝛ debilis non poteſt ieiunare: neqꝫ pauper eleemoſynaꝫ dare:quilibet tñ poteſt:⁊ dꝫ orare,vñ ps.xxxvj. Juſtus aũt miſeretur ⁊ tribuet:dicit gloſ. Semper aliquid eſt qđ det ſaltem orōnem:etſi non ore ſi ſit mutus:tñ corde ſi ſit iuſtus qꝛ ait, Jſidorus,orō cordis eſt:non laborioꝝ:non.n.verba deprecantis attendit deꝰ:ſed orãtis cor aſpicit:de cō.di.v.nō mediocriter. xxxviij.di.ſedulo. Secundo in velocitate:vnde.ps. lxxxvij. Jntret in conſpectu tuo orō mea. dicit gloſ. Magna virtus pure orōnis hic notat:qꝛ quaſi quedam perſona ad deum intrat ⁊ mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Tertio in iocunditate: nihil.n.delectabilius ⁊ menti iocundius,q̄ꝫ loqui cũ tam benigno ⁊ dulci deo:vñ frequenter orare debemus ⁊ legere in libris deuotis:qꝛ ſm Bern.quum oramus:cum deo loquimur quuꝫ vero legimus:deꝰ nobiſcum loquit. Tunc.n.homo quaſi mundũ exit: carnem exuit:⁊ ad tertiũ celum.ſ.empyreuꝫ vbi ſancte anime cũ angelis fruuntur viſione dei cũ Paulo aſcendit.ij.ad Corinth.xj.ſe.ſupra ſe.Threno.iij. Quarto in propinquitate ad deũ:qm̃ qui orat:facie ad faciem añ dñm ↄſtituitur:cui audacter cauſaꝫ exponit. vñ ps.xxiiij. Reſpice in me:⁊ miſerere mei. vbi dicit interlinearis gloſ. Eleemoſyna.n.per manum pupertatis mittitur in Hieruſaleꝫ:per afflictionem corporis deo oñditur:ſed orō immediate dñm quaſi preſentem alloquit. Quinto in dignitate:qꝛ mox vt ab ore ⁊ corde proceſſerit: ſuſcipiunt eaꝫ angeli ⁊ conſtituunt ante deũ,ſicut angelus ait Tobie To.xij. Qñ orabas cum lachrymis:ego obtuli orōnem tuam dño. Sexto in vtilitate:qꝛ diabolum fugat. Mar.ix.xxxvj.di.c.vltimo. A tētatione liberat. vt dictũ eſt. Torporem expellit. Eccli.xviij. Non impediaris orare ſemp. Jn dubijs dirigit. Eccli.xxxvij ij. Paralip.xx. Deſideriuꝫ accendit.iiij.Reg.xviij. Ad orōnem Helie deſcendit ignis de celo.iiij.Reg.j. xxiij.q.iiij.ea vindicta. Et cum Salomon expleſſet fundens preces:deſcendit ignis de celo:⁊ deuorauit holocauſta ⁊ victimas.ij. Paralipo.vj. Et orante Moyſe deſcendit ignis de celo.ij.Macha.ij. Et orante ſancto Martino in ara altaris globus igneꝰ apparuit ſuper caput eius. Jtem impetrat veniam. ij.Reg.xij.poſteꝫ orauit Dauid:audiuit:Tranſlatũ eſt peccatuꝫ tuum.de peni.di.j.§.ꝙ aũt.verſi.Dauid ⁊.c.ille rex.⁊.c.illud. Jtem grãm acquirit. Zacha.x. Petite a dño pluuiam:⁊ ipſe faciet niues ⁊ pluuiaꝫ imbris. Nix deſtruit herbas nociuas:pluuia nutrit vtiles:ſic grã deſtruit vitia ⁊ nutrit virtutes ⁊ bona opa.de con.di.iiij.in tribus vltimis.cap. Jtem impetrat ſapientiaꝫ. Ja.j. Siquis indiget ſapientia:poſtulet a deo. Eccli vltimo. Queſiui ſapientiaꝫ in oratione mea. Prolongat vitam ad agendam penitentiam. Eſa.xxxviij. Jtem ſanitatem reſtituit. Eccli. xxviij. Fili in tua infirmitate ne deſpicias temetipſum:ſed ora dñm ⁊ curabit te. Jaco.vltimo.ex de ſacra vnc.ca.vnico.§.j. Jtem iram dei placat. Judith. viij. Jndulgentiam eiꝰ cum lachrymis poſtulemus, non.n.quaſi homo deus ſic comminabitur:neqꝫ ſicut filius hois ad ira cum diã inflammabit:de pen. di.iij.§.ecce Achab.⁊.c.ſicut Achab. Jteꝫ bona temporalia multiplicat.iiij.Reg.xviij. orauit Helias ⁊ celum dedit pluuiaꝫ ⁊ terra dedit fructus. Jaco.vltimo. Et orante ſctō Benedicto:aqua ꝺ mōte exijt ⁊ ſctũs Franciſcus de aqua q̄ꝫ orando de petra produxit: ſuum aſinarium refocillauit. Jtem pacem ⁊ quietem conſeruat.j.ad Timoth.ij. Obſecro primo oium fieri obſecrationes,orōnes,poſtulationes,gratiarum actiones,pro regibus ⁊ oibus qui ſunt in ſublimitate conſtituti:vt quietam ⁊ tranquillam vitã agant. Jſti ergo Begardi maligni ſacrificent ſe ſanctam hoſtiam. Ro.xij.viuentem. per ieiunia ⁊ abſtinentiam carnem macerando in atrio exteriori. Ro. xij.de pe.di.iij.Achab. Et per orationẽ mentis continuam q̄ꝫ operibus manuum nutriant:vt.ſ.dixi.§. exquo verſi.immo quidã:cum ſe.in.c.v.in atrio interiori cordis Chriſto dño ↄcremẽt thymiama. Et ſic holocauſtomatum plenum ſemper vſqꝫ ad mortem offerant deo ſuo:ſemper etiã deciment ſe deo ſuo carnem ieiunando.de con.di.v.quadrageſima:animaꝫ vel ſpũm orando:de pe.di.iij.ille rex.res(ſi habent) totas vel partem paupibꝰ erogãdo.lxxxvj.di.non ſatis:de peni.di.j.quamobrem:per orōnem diaoluꝫ ⁊ ſuperbiam:per eleemoſynam munduꝫ ⁊ auaritiã: per ieiunium carnis concupiſcentiam vincant ⁊ in ijs perſeuerent ſic.n.vere ⁊ ſpũaliter viuit:⁊ in talibus vita ſpiritum eoꝝ qꝛ tunc cum paulo.j.Cor.ix. ieiunabunt:de pe.di.ij.ſi.n.ver. Paulus. Si aũt iſti allegent illud Math.ix. Luc.v. Non pñt filij ſpōſi ieiunare quãdiu cum eis eſt ſponſus: Rñdent tibi Ambroſius dicens. Non hoc ieiuniuꝫ relegat quo conficitur caro:⁊ corporis luxuria caſtigat. Hoc ieiunium nos comendat deo:ſed non poſſumus ieiunare qui Chriſtum habemus:⁊ Chriſti carneꝫ epulamur ⁊ ſanguinem:de con.di.ij.in calice.⁊.c.acceſſerunt. Jtem ibi Baſilius. Filij etiam ſponſi ieiunare nequeunt:hoc eſt aie nutrimentum non ſumere nec viuere ſine omni verbo dei quod procedit ꝺ ore dei. Mat.iiij. Deutero.viij. Jtem ibi Beda. Quandiu .n.nobiſcum eſt ſponſus:nec ieiunare poſſumus nec lugere:quum aũt per peccata ille recedit: tunc indicẽdũ eſt ieiunium:⁊ requirendus luctus: Exponit etiam tripliciter illud verbum vt ſcribit Tho. in ſecunda ſecunde.q.c.xlvij.c.iiij.in fi.⁊ no:de hoc Joã. an.in pre.c.ad nrm.in glo.hoc eſt hereti. Orent etiã iſti cũ Chriſto. Jo.xvij. Pater clarifica filium tuuꝫ. Quia aũt.ſ.dixit.iſte error de ſenſualitate rōni ſubiecta. Dic ꝙ ſenſualitas eſt vis aie appetens deſiderabilia corpori,⁊ refutans nociua: ⁊ hanc dicimus animam ſenſitiuã,⁊ de hoc no.per Joan an. in pre. c.ad nrm.in glo.que eſt vis appetens:⁊ de ſum. tri. c.j.in clemen. Jſti etiam dicẽtes ſibi licere conceder corpori quicquid placet:non viderunt textum eos expreſſe confundentem.iiij.diſt.deniqꝫ:in fi.vbi dicitur. Vinum ergo ita hibere permittit: vt ebrietateꝫ omnino fugiamus:alioquin reſtat vt ⁊ oia que corporibus libent:ſimiliter faciamus: vñ ⁊ Alexander ad didimum. Ea que voluntas ſibi vendicat: honeſtate pleruncqꝫ negemas admittere:dedit nobis multas natura blanditias.quas pleruncqꝫ virtus cohibet. Et Ouidius epiſtolarum. Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis,facit.xj.q.j.aliud.⁊.q.iij.qd ergo. xiiij.q.j.§.j.⁊.§.qꝛ ergo.⁊.c.qſquis.⁊.xl.di.qſquis.⁊c.

Tertius error.

Tertius error Begardoꝝ eſt:qꝛ dicũt ꝙ illi qui ſunt in predicto gradu perfectionis ⁊ ſpiritu liber-

tatis:non ſunt humane ſubiecti obedientie. contra
iſtuz errorem extra de renun.niſi.§.ſed dicis.de reg.
licet:de elect.gñali.§.illos.li.vj. Et q ecclesia iſta or
dinata ad inſtar eccleſie triumphantis vbi eſt vnus
monarcha cui oẽs obediunt. Apoca.xxj. Exod.xxv.
in fi.extra de ſen..ex.c.j.in clemen.de elec.ſignificaſti.
dixi ſatis de hoc in prima parte iſtius operis:nec ad
aliqua precepta eccleſie obligantur:q,vt dicũt, vbi
ſpũs dñi:ibi libertas.Gala.v.xix.q.ij.due.ij.Cor.iij.
Ceterum quum iſte error tres contineat articulos:
ideo contra vnumquemq differã:⁊ ſingulatim tol-
lam.Et primo q ſe dicunt non teneri ad hoĩuz obe
dientiam:poſtq̃ perfecti ſunt:dico iſtum errorez an
tiquum error hereticoꝝ. Quia aũt iſte ſit error:pa-
tet per teſtamentum vetus ⁊ nouum.In lege.n.ve-
teri precipiuntur occidi qui imperio ſacerdotis vel
pincipis:vel parentuz inobedientes ſunt de primo
Deut.xvij. Qui ſupererit nolẽs obedire ſacerdotis
imperio:morietur:extra qui fi.ſint legi.ꝑ venerabilẽ
§.rõnibus.De ſecundo Joſue.j.Qui contradixerit
ori tuo:moriat̃ ex̃ de ma.⁊ obe.c.ij.De tertio Deut.
xxj.Si genuerit homo filium cõtumacem ⁊c. Per
teſtamentuz nouũ patet falſitas iſtius erroris. Ro.
xiij.de cenſi,ois anima:nullam excepit quantumuis
perfectam, ptãtibus ſublimioribus ſubiecta ſit ⁊c.
Ephe.vj.Filij obedite parentibus vr̃is ⁊c. Et ibi-
dem . Serui obedite dñis carnalibus ⁊c. Coloſ.iij.
Filij obedite parentibus vr̃is:⁊ in eodem:ſerui obe
dite ⁊c.Titum.iij.Admone illos principibus ⁊ po-
teſtatibus ſubditos eſſe.Hebre.vlti.Obedite prepo
ſitis vr̃is.j. Pe.ij.extra de ma.⁊ obe. ſolite. Subie-
cti eſtote omni humane creature ⁊c.In eodem Ser
ui ſubditi eſtote in omni hũane creatur̃ ⁊c. In eodẽ
Serui ſubditi eſtote in oĩ timore dñis vr̃is. Prete-
rea conſtat ꝙ Chriſtus voluit eſſe loco ſui ⁊ vicem
eius gerere.Matth.x.⁊ Luce.x.Qui vos audit me
audit ⁊c. Et qui vos recepit me recepit.xxj.diſt. in
nouo teſtõ:⁊ viij.q.j.qui vos ſpernit.Obediendum
ergo fuit apl̃is ſicut Chriſto tamq̃ eiꝰ vicarijs:ma-
xime Petro primo ⁊ precipuo.vt pre.c.in nouo,a ſi
mili ⁊ eoꝝ ſucceſſoribus obediendum eſt. Vñ ſi qs
diceret obediendum Chriſto:ſed non eius vicarijs:
ergo Chriſtus non ſufficienter eccleſie prouidiſſet
poſtq̃ celos aſcendit,qḋ falſum eſt:extra de homici.
pro humani.li.vj.vbi de hoc:non.n.remanſit eccle-
ſia ſine capite loco Chriſti:vt ibi:q corpus Chriſti
miſticum eccleſia eſt.xxiij.q.v. de liguribus: qḋ ſine
capite non eſt:extra de of.or.qm̃ in plerisq.Si quis
aũt diceret obediendũ eſſe bonis prelatis:non ma-
lis falſuz diceret contra illud Mat.xxiij. Supra ca
thedram moyſi ⁊c.j.q.j.non quales.xix.diſt. ſecun-
dum.⁊.j.Pet.ij.Serui ſubditi eſtote ⁊c.non tm̃ bo
nis ſed etiam dyſcolis.xj.q. iij. Julianus. xxiij. q.j.
quid culpat̃.Si.n.tm̃ bonis eſſet obediendum:iuriſ
dictio eccleſie nihil haberet certitudinis. neſciretur
.n.quis eſſet bonus vel malus.Eccl's.ix. Neſcit ho-
mo vtrum amore vel odio ſit dignus. Item iuriſdi
ctio eccleſie nihil haberet ſtabilitatis.Ille.n. qui eſt
bonus in momento fit malus : ⁊ econuerſo q ſm
Job.xiiij. Mutat̃ homo:⁊ nunq̃ in eodem ſtatu
permanet:de con.di.v.ne tales. Preterea ſicut pi-
ctor fedus facit pulchram imaginem,ſic malus pre
latus bonum preceptuz.Si aũt precipiat qḋ maluz
eſt vt peccatum obediendum non eſt:vnde Aug.ſu-
per illud Ro.xiij.Qui ptãti reſiſtunt:ipſi damnatio
nem acquirunt.Si ille iubeat qḋ non debes facere:
hic ſane contemne ptãtem timiendo ptãtem maior.
de iſta mã plene.xj.q.iij.ſiquis ep̃s.c.non ſemper.c.
ſi dñs.c.Julianus.c.qui oĩpotentem.c.qui reſiſtit.c
ſi is qui preeſt.viij.di.que contra Quia aũt homini
obedire ſuperiori ſit neceſſarium:probatur clare.xj.
q.iij.ſi aũt nobis.⁊.c.ſiquis non obediat.⁊.c.abſit.⁊
c quicquid ergo:extra de ma.⁊ obe.ſolite.⁊ per totũ
⁊ que fi.ſint legi.per venerabilẽ.§.rõnibus.Item.j.
Reg.xv.dicitur. Peccatũ hariolandi eſt non obe-
dire:vbi dicit expoſitor. Idolum hoĩs eſt quicquid
plus q̃ deum colit:ac diligit.filijs ergo inobedien-
tie voluntas ſua idolũ eſt,cuius nutus contẽpta dei
voluntate ſequunt̃:⁊ quicquid ipſa iuſſerit quaſi ſa
croſanctũ adorant:et hi dñr filij Belial.j.Regũ.x.i.
diaboli qḋ interpretat̃ abſq iugo.Hiere.ij.A ſeculo
confregiſti iugũ meuz. Item.Greg. Peccatũ paga
nitatis incurrit quiſquis ſe dũ chriſtianũ aſſerit:ſedi
apl̃ice obedire ꝯtẽnit.lxxxj.di.ſiqui.ij. Propterea
rõne culpe ſine qua nullus viuit, vt ſupra in. §. Et
vnus error:plene probatum eſt : neceſſe : eſt vnum-
quẽq ſuperiori eſſe ſubiectum.xxij.di.de conſtanti-
nopolitana. Immo magis meretur homo obedien
do homini etiam malo propter deum:q̃ Chriſto in
ꝓpria perſona.Quis.n.Chr̃m cognoſcens ei perſo-
naliter precipienti non obediret? quũ ad hoc cõpel-
lat timor ⁊ amor : ſicut apparet in Paulo audien-
te vocem dñi. Act.ix.Et in Thoma vidente Chr̃z.
Jo.xx.Et ideo maxima fuit inobedientia protopla
ſti dño inobediẽtis per ſe loquenti cui ⁊ dixit.Quia
audiſti vocem vxoris tue.Gene.iij. q.d. non meam
quũ dixi.De ligno ſcientie boni ne comedas.Gene.
ij.Sed hoc magnum eſt homini:ꝑꝑ deum obedire
homini maxime malo:quum ad hoc nec tantus a-
mor , nec timor nec reuerentia inclinet. Non.n.eſt
nãle homini:vt homini dñetur:ſed brutis:vñ Gen.
j.Dñamini piſcibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ be-
ſtijs terre.Quanto.n.peiori prelato vel homini alij
obedit quis ꝑꝑ deum:tanto plus meret̃. Voluit.n.
deus humilis homini ſuperbo iugum hoĩs impone
re vt humilietur:⁊ per obedientiam ad celum reuo
cet̃:qui per inobedientiam a paradiſo eiectus fuerat
vt dicit Gre.ſuper euangeliũ de magis in fi. Matt.
ij.Et de hoc mirabile exemplum nobis reliquit ſan
ctus Genebaldus ep̃s Laudunen.quem quũ ſctũs
Remigius in quadã cella occluſiſſet per ſeptem an
nos ꝑꝑ peccatum,qḋ cõmiſerat cum vxore ſua poſt
continentiam cum ea promiſſam : in ſeptimo anno
apparuit angelꝰ ſancto Gene.predicto oranti dicens
peccatum ſibi eſſe dimiſſum ⁊ ꝙ egrederet̃ ex̃ cellã:
cui ſanctus Gene.rñdit. Non poſſum:q dñs meus
Remigius oſtium hoc clauſit:⁊ ſigillo ſuo muniuit
Cui angelus vt ſcias tibi celum apertum eſſe : hoc.
etiam oſtium ſaluo ſigillo nunc aperiet̃. qḋ ⁊ factuz
eſt.Tunc Genebaldus iactans ſe in medio oſtij in
modum crucis ait etiam ſi dñs meus Jeſus Chr̃s
ad me veniat huc:hinc non egrediar niſi dñs meus
Remigius huc veniat qui me occluſit.Et tunc ſan
ctus Remigius ad monitionem angeli venit Lau-
dunũ ⁊ ipſum in locum ⁊ ſedem ſuaz reſtituit.Ma
ius eſt ergo:vt dixi,obedire homini q̃ deo: quia du
plex obedientia dei ⁊ homis:ſed in illa dei:vna . vñ
⁊ almus Franciſcus dicebat ꝙ ſi videret venientẽ
per viam preſbyterum ⁊ angelum:prius reuerentiã
faceret preſbytero q̃ angelo.Qui aũt inobedientes
ſunt:in canone acephali nuncupantur.xciij.di.nulla
rõne:⁊ tota illa diſtinctio tollit iſtuz errorẽ:⁊.lxxxix.

di,ad hec. Nullum.n.tale ſacrificium ſicut obedientia:que omni ſacrificio antefertur.vt dixit Samuel Sauli.j.Reg.xx.qđ Grego.exponit in moralibus: ⁊ eſt.viij.q j.ſciendum.dicens. Per victimam aliena caro:per obedientiam vero voluntas ꝓpria mactaꝛ. Quanto aũt quis magis eſt obediens homini ꝑꝑ deum:tanto amplius eſt deus ſibi obediens. vt apparet in Joſue filio Nũ diſcipulo Moyſi obedientiſſimo:cui propterea dñs obediuit ſtãte ſole ad verbum eius. Joſue.x.hoc idem contigit in abbate patremucio precipiente ſoli ſtare ⁊ non occumbere quouſqꝫ perueniret ad vicum ad quẽ ibat infirmuꝫ viſitare. Et ſm Aug. Quanto caro amplius ſubiecta eſt ſpũi tanto ſpũs deo. Et qꝛ ſacer Franciſcus obedientiſſimus fuit homini ꝑꝑ deum: etiam ſocio ſuo:quum obedientiaꝫ promittebat ⁊ ſeruabat:quũ eſſet iam perfectus:ideo obediebant ei inſenſibiles ⁊ irrationales creature:vt in ſua legenda ſcribitur. Nullus etiã ſtatus eſt in hac vita ita altus ſicut ſtatus obedientie:qui in collo circulũ aureum hꝫ vt vidit in ectaſi quidã frater:vt legiꝛ in vitis patrũ. Nec Chr̃o ſic ſimilis:nec ſic ſibi eſt cũ fidutia adſiſtens: ſicut ipſe obediens pr̃i vſqꝫ ad morteꝫ. Phi.ij.ſicut alius abbas dixit. Et hic iungendũ eſt qđ ſcripſi.s̃. in.§.Ex quo.verſi.Sed ſi cũ aliquo religioſo.in.c.lj. ⁊.j.in ſtatum religioſoꝝ.in.§.⁊ ſm eoꝝ vitium,in.c. lxviij.de iſtis ⁊ aliis qui ſine obediẽtia viuunt:ſubtile eſt vitiũ iſtam ſanctam obedientiã enumerans: ⁊ vocaꝛ ſm grecos idiorithimia.i. proprie voluntatis motus,ordo,regula,forma,amor, ⁊ cõplacentia ſub ſpecie ſpũs que iſtos Begardos decipit ⁊ alios fraticellos. Qui.n.iſtam idiorithimiã ex toto penitus abnegauit:in iis etiã que arbitraꝛ bona ⁊ ſpũalia ⁊ deo placẽtia ante tranſuadere peruenit ſm Clima. in. iiij.gradu de obedientia. Dicebat.n.almus Franciſcus ꝙ ſi ſubditu videat meliora anime ſue, q̃ꝫ ea que ſibi prelatus precipit:ſuam voluntatẽ deo ſacrificet.que aũt ſunt prelati ſtudeat adimplere: nã hec eſt charitatiua obediẽtia.de qua Petrus in prima epiſtola.j.ca.Animas veſtras caſtigantes in obedientia.charitatis:que deo ⁊ proximo ſatiſfacit: vñ pulchre Daniel in collatione ſua de concupiſcentia carnis ⁊ ſpũs ait. Unum ſane atqꝫ idem inobedientie genꝰ eſt vel ꝑꝑ operationis inſtantiã vel ꝑꝑ otij: deſiderium,ſenioris violare mandatũ.tãqꝫ diſpendiũ eſt pro vigilia q̃ꝫ pro ſomno ſtatuta monaſterij conuellere. Tantũ deniqꝫ eſt abbatis tranſire preceptũ vt legas:quantũ ſi ꝯtẽnas:⁊ dormias,nec alius ſuperbie fomes eſt pro ieiunio fratrẽ q̃ꝫ pro refectione negligere:niſi ꝙ pernicioſiora ⁊ a remediis longiora ſunt vitia que ſub ſpecie virtutum ⁊ imagine ſpũalium reruꝫ videntur emergere: q̃ꝫ illa que ex aperto pro carnali voluptate gignuntur. Hec.n.velut expoſiti ⁊ manifeſti languores ⁊ arguuntur cõminꝰ ⁊ ſanantur:illa vero dum ſub ſpecie.xlj.diſt.ſepe virtutũ teguntꝛ:incurata perdurant:⁊ deceptos quoſqꝫ periculoſius faciunt ac deſperatius egrotare. Tandem ꝯtra iſtuꝫ errorẽ dicebat frater Egidius ſocius ſancti Franciſci:ꝙ qui poſuit caput ſub iugo obediẽtie:⁊ poſtea vt ſequatur viã perfectionis:extrahit caput de ſnb iugo obedientie:hoc eſt ſignũ magne latentis ſuperbie. Propter oĩa bona predicta obediẽtie abbas Joannes anachorita dimiſſa eremo ⁊ ꝓfeſſione anachoroſe os:conuolauit ad monaſteriuꝫ: vt bono obediẽtie frueretꝛ:⁊ ſe ſub obedientia humiliaret:vt narrat. Jo.caſ.in li.coll'.in collatione:eiuſdẽ Jo.de fine cenobite ⁊ eremite. Begardi vero ſuperbi non deo ſicut dicunt obediunt ex quo nolunt ꝑꝑ ipſum prelatis mũdi rectoribus obedire. Et hic eſt iungendum quod dixi latius de obedientia.j.in mã in qua de oĩbus religioſis tracto in.§. ⁊ ſecundum. lxviij.c. Quod vero dicunt dicti Begardi ꝙ poſtq̃ꝫ perfectus eſt quis:ad multa precepta eccleſie obligatur:certum eſt eſſe erroneuꝫ manifeſte: ſicut apparet xiiij.q.j.quod precipitur. Item canones ab eccleſia editi ſpũſſancto dictante editi ſunt.l.di. ſiquis diaconus.xxv.c.j.violatores.ij.ad Timo.iij. ibi. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata ⁊c.⁊.ij. Pe.j.c.in fi.ibi ſed ſpirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines:ergo quilibet eſt obligatus ad eos ſeruãdos ſicut precepta dei:ad hoc.xxv.q.j.nulli fas.⁊.ca.prima ſalus.⁊.c.generali decreto.c.oĩa decretalia.⁊.ca. hec conſona.xix.di.ſi Romanoꝝ. Quod.n. eccleſia mandat:ſi expreſſe ꝯtra deũ non mandat:Chriſtus ⁊ Petrus mandat.xix.di.ſic oẽs.xxiiij.q.j.manet.c. quodcũqꝫ. Mat.xvj.xix.di.enimuero.xxv.q.ij.inſtitutionis.xj.di.hoc veſtre.xij.di.non decet.⁊.c.preceptis. Unde tranſgrediens precepta eccleſie infamis eſt iij.q.iiij.ſiquis vero, ⁊ deponi meretur.iiij.diſt.§. hoc etiam ſi legibus:ad hec.xx.di.ſi decreta.lxxxj.di. ſiqui ſunt preſbyteri.xij.di.illud.xix.di.nulli fas.xvj. di.quod dicitis. Itẽ ſicut precepta diuina principaliter ordinant hominem ad amorem dei:ita precepta eccleſie ⁊ ſtatuta ordinant ad amorem proximi conſeruandum:vterqꝫ aũt amor dei ⁊ proximi imperatur. Mat.xxij. Mar.xij.⁊ Luce.x. Diliges dominum deũ tuum ⁊ proximnm ſicut teipſum:de pe. di.ij. charitas. ij. Preterea quod precipit eccleſia, aut eſt contra deum:⁊ tunc non tenemur obedire:vt s̃.verſi.preterea:probatum eſt:aut eſt ſm deũ:⁊ tunc deus precipit:quia deus per eccleſiam nobis loquitur:ſm illud Matth.x. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et Hierem.j.ego ero in ore tuo:⁊ ſi ſeparaueris precioſum a vili: quaſi os meum eris Hier.xv.

Sacris canonibus eſt obſequenduꝫ.

Rurſus quod dicunt Begardi ⁊ allegant pro ſe verbuꝫ Pauli.ij.ad Corint.iij. Ubi ſpiritus dñi:ibi libertas. Et Gala.v.ibi. Quia ſi ſpiritu dei ducimini: non eſtis ſub lege.⁊.xix.q.ij. due ſunt. ⁊ extra de regula:licet ſed contra eos eſt. Sed ipſi ceci ⁊ carnales equiuocant libertatem Iſti enim carnales totaliter qui ſunt proprie de illis hereticis:de ſpiritu libertatis de peccato ſibi conſcientiam non faciunt dicuut enim,modo eſt tempus tertium ſpirituſſancti. Diſtingunt enim totum tp̃s a creatione mundi vſqꝫ ad conſumationem ſeculi in tria tempora:⁊ dicunt ꝙ primum tempus creationis vſqꝫ ad Chr̃m, fuit tempus patris. Secundum tempus ab incarnatione Chriſti vſqꝫ ad aduentum ſpiritus ſancti,fuit tempus filij:⁊ tempus redemptionis amiſſione ſpirituſſancti,vſqꝫ ad finem mundi,eſt tempus ſpiritus ſancti,⁊tp̃s libertatis ad faciendũ quicquid homini libet,nec reputant hic aliquid malum eſſe. Sed iſte error eoꝝ eſt periculoſior omnium:quia otium errorem includit:ab antiquis hereticis originem traxit ⁊ in iſtis temporibus nouiſſimis propinquis perditionis filio Antichriſto multum inualuit ⁊ inualeſcit ⁊ inualeſcet. Unus.n.ex eis dixit:non eſt diu q erat ex ep̃atu Tudertino: ſicut fuit probatũ per teſtes me ibi exiſtente:ꝙ nihil aliud erat infernus:niſi non facere propriam voluntatem:⁊ paradiſus non erat aliud:niſi facere in oĩbus propriã voluntatem.

⁊ vti in oibus propria libertate. De peccato ergo a-
liquo conſcientiā aliquam ſibi non faciunt: maxime
de peccato carnis: ſicut patet. ex̄ de hereti. ad noſtrū
in. vij. errore. ⁊ dicam. ī. in. §. ſeptimo. pp q̄ʒ oēs ſunt
immundi: ſicut mani feſtum eſt per eoꝝ proprias cō
feſſiones, ⁊ fideles atteſtationes habitas in diebus
meis, maxime in partibus Lombardie: ⁊ in prouin
cia ducatana que eſt prouincia beati Franciſci. Ca-
put aūt iſtius ſecte, ſpiritus libertatis iſtis tpibus fuit
Dulchinus Lōbardus: qui fuit cōbuſtus cuʒ qua-
dam ſua meretrice in Lombardia prope vercelleñ.
ciuitatē. Iſti ſunt quos litera ſacre ſcripture occidit.
ij. Cor. iij. male ⁊ carnaliter per eos intellecta: ⁊ ſpiri
tus cuius libertatē allegant: non viuificat q̄ꝛ ad lite
ram intelligere volunt verba ſcripture de libertate
loquentia ad ſuas feditates nefarias confouendas.
Contra hos igiť: primo Petrus apl'oꝝ primꝰ pre-
dixit ⁊ ſcripſit. j. Pet. ij. ibi. Quaſi liberi: ⁊ nō quaſi
habētes malitie libertatē, ſed ſicut ſerui dei. q. d. nul
la vera libertas ſimpliciter ſine ſeruitute ſancta iu-
ſtitie vt inferius declarabiť. Itē. ij. Pe. ij. de iſtis pre
dixit ibi. Hi vero velut irrationabilia pecora. ⁊. ī. ibi.
Superbia. n. vanitatis loquentes: pelliciunt in deſi
derijs carnis luxurie eos qui paululum effugiunt q
in errore conuerſati libertatē illis promittētes quū
ipſi ſint ſerui corruptionis. A quo. n. quis ſuperatus
eſt: eius ⁊ ſeruus effectus eſt: facit ad hec. ij. q. vij. ſecu
ti ſunt. ⁊ de pe. di. ij. ſi. n. vltra quatuor col. verſi. Pe
trus. Item vera libertas eſt vbi peccatum non eſt:
vnde Jo. viij. Ōis qui facit peccatū ſeruus eſt pecca
ti. ⁊. ī. ibi. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi
eritis. Item Paulus ad Rom. vj. Liberati autē a
peccato, ſerui facti eſtis iuſtitie. ⁊. ī. in eodē. c. Nunc
vero liberati a peccato: ſerui autē facti deo. habetis
fructum veſtrum ⁊c. De libertate a peccato loquiť
apl's. j. ad Corin. ix. in prin. Non ſum liber. non ſuʒ
apl's. ad Gala. v. Vos. n. in libertatem vocati eſtis
fratres: tm̄ ne libertatem detis in occaſioneʒ carnis
ſed per charitateʒ ſpiritus ſeruite inuicē. Hic paulus
iſtum errorem deſtruit: quem longe ante preuidit.
Contra iſtum errorem longe diſputat Auguſt. ſuper
Jo. in homi. ſupra euangelium. Dicebat Jeſus ad
eos. Joan. viij. Circa iſtum errorem ſciendum eſt.
**Seruitus duplex.** ꝙ duplex ſeruitus in ſcriptura inuenitur: Una eſt
ſeruitus legis que ex timore pene operatur. de qua
Gala. iiij. in fine. Itaque fratres iam non ſumus
filij ancille: ſed libere. Eſt alia ſeruitus peccati de qua
in pre. c. Jo. viij. dicit dn̄s. Qui facit peccatū: ſeruus
eſt peccati. Et Mat. vj. Non poteſtis ſeruire deo ⁊
mā mone. Quicūqʒ. n. paſſioni obedit: ſeruus eſt paſ
ſionis, q̄ꝛ cuʒ gratia precedente poteſt homo paſſio
nibus dominari ⁊ ſubijcere obedientie rationis: vn
de Gene. iiij. Sup te erit appetitus: ⁊ tu dominabe-
ris illius. ⁊ Actij. xx. Non facio animam meam. id-
eſt animalitatem. i. ſenſualitatem: de qua extra de he
reticis ad noſtrum. in Clemen. precioſiorem q̄ʒ me.
ſcilicet rationem ⁊ intellectum. q. d. poſſum per ra-
tionem ſenſualitati dn̄ari. Vera ergo ⁊ prima liber-
tas eſt ſm Aug. carere criminibus: verus liber quē
dei filius liberauit. p̄s. lxxxvij. quia inter mortuos. ſ.
peccato, liber Chriſtus a peccato liberos facit: quod
peccatuʒ ipſe portauit ſuper lignum crucis. j. Pet.
ij. vt peccatis mortui iuſtitie viuamus: ⁊ liberando
nos a pctō, ſeruos fecit iuſtitie ⁊ virtutis. ſerui era-
mus cupiditatis: liberati ſerui efficimur charitatis.
Nō ergo: vt dicit Aug. in dicta homi. dicat chriſtia-
nus liber ſum. in libertatē vocatꝰ ſum: ſeruus eram:
ſed redemptus ſum, ⁊ in ipſa redēptione liber factꝰ
ſum: faciam quod volo: nemo me prohibeat a volun
tate mea. ſi liber ſum, ſed ſi iſta voluntate ⁊ libertate
peccatum facis: ſeruus es peccati: noli ergo libertate
vti ad peccandum libere: ſed vtere ad non peccan-
dum. Erit. n. voluntas tua libera: ſi fuerit pia: eris li
ber: ſi fueris ſeruus. liber peecati: ſeruus iuſtitie: dicē
te Aplo. ad Ro. vj. Quū ſerui eſſetis ⁊c. vt. ſ. verſi.
Iteʒ vera: hucuſqʒ Aug. In iſta ergo vita vera liber
tas incipit: q̄ꝛ incipimus carere peccatis: ⁊ deteſtari
crimen: q̄ʒ mortale ſonat. xxv. di. §. criminis q̄ꝛ nul-
lus liber ab omni peccato veniali, vt. ſ. §. ⁊ vnus: in
principio iſtius articuli probatum eſt: niſi Chr̄s ſo-
lus cum matre. libertas iſta ibi cōpleta erit. verſi pec
catum non erit. Et ideo dicit apl's. Galat. iiij. Que
aūt deſurſum eſt Hierl'm que eſt mater noſtra: libera
eſt. In hac aūt vita partim ſumus, inquantum ſu-
mus virtuoſi, ⁊ in gratia Partim ſerui, inquantuʒ
peccato ſaltē veniali: obnoxij: dei. n. electi declaran-
tur in hac vita legi dei ſm interiorem hominem. id-
eſt ſpiritū. Ro. viij. Iſta eſt libertas appetens deo ſi
ne offenſione ſeruire, vident aūt aliam legem in mē
bris eoꝝ repugnātem legi mentis eoꝝ, ⁊ captiuos
eos ducentem in lege peccati que eſt in mēbris eoꝝ
Ro. vij. de con. di. iiij. ca. ij. Si captiui: ergo ſerui: vbi
ergo delectamur legi dei: non ſumus captiui: ſʒ legis
am ici ⁊ ideo liberi: q̄ꝛ amici vbi aūt trahimur a le-
ge peccati: q̄ʒ eſt in carne: ibi ſerui per peccatuʒ ergo
primus Adā maledictus. Gen. iij. Maledicta terra
in ope tuo. ⁊. ī. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi.
terra corporis germinat tētationes ⁊ pūctiones car
nales ante peccatum liberi. vnde ⁊ Chanaan filius
Cham pro peccato patris a Noe auo maledicitur,
⁊ in ſeruitutem redigiť. Gen. ix. j. q. iiij. §. ijs ita ver.
Itē Cham. Secundus Adā Chriſtus a peccato li-
ber dignitatem nobis tribuit: ⁊ reſtituit libertati: vt
peccatis mortui ⁊ liberi iuſtitie viuamus in gratia,
⁊ tādē in gloria paſſione peccati liberi. Et ideo Jo.
viij. dicit dn̄s. Si filius liberauerit vos: vere liberi e-
ritis. Totū hoc fuit figuratum in filijs Sare libere.
Ex Sara enim libera que interpretatur domina:
natus eſt Iſaac, qui interpretatur riſus Gene. xxj.
xxxij. q. iiij. recurrat. Ex hoc naſcunť filij liberi: qui
ex letitia ⁊ libere ex charitate abſqʒ timore bonum
operanť. xxiij. q. vj. §. ex ijs, ⁊ cauent a malo amore
iuſtitie. Ex Agar ſerua ancilla de egypto naſciť Hiſ-
mael homo ferus. manus eius contra oēs ⁊ manꝰ
omniū ꝯtra eum. Gen. xvj. Ex iſto naſcunť ſerui pec
cati: qui etſi aliqn̄ bonuʒ agunt: agunt ex timore po
tius q̄ʒ amore extra de regu. iuris: qui ex timore: ⁊
tales ſe vendunt diabolo peccatoꝝ ere. xv. q. j. non
eſt. Iſti non manent in domo dei in eternuʒ. Joan.
viij. ſed in iſta vita habet munera, dedit Iſaac filio
legitimo hereditateʒ. Gen. xxv. q̄ꝛ liberi a peccato ⁊
ex amore filiali: non timore ſeruili bonū operantes
habent hereditateʒ immarceſſibilē conſeruatam in
celis cuſtoditi per fidem. ij. Pe. j. c. heredes dei: co-
heredes aūt Chriſti. Ro. viij. tales vocati filij ⁊ nō
ſerui qualiter heredes. ad Galat. iiij. Hiſmahel aūt
⁊ ab eo deſcendentes, ⁊ ipſum imitātes: non erunt
heredes cum filijs Sare: ſed eijciuntur cum ancilla.
Gen. xx. matre. i. carne ſerua in tenebras exteriores.
Mat. viij. xxv. ⁊. xxij. libertatem ſeruantes: q̄ʒ Chri
ſtus filius dei liber dedit eis. i. peccatum odiētes ex
amore patrie ⁊ cauentes: cuʒ Chriſto libero regna-

bunt in libertate perpetua:in illa celeſti Hieruſalem
matre libera.Gala.iiij.libera inq̃z a neceſſitate reruz
huius mundi:ab impugnatione demonuz ⁊ vitioꝝ
a miſeria corpoꝝ ⁊ ſeruitute que corrumpunt quo-
tidie:vnde precatur.ps.cxlj.Educ de cuſtodia aíam
meam: alia litera hz carcere.Job.xiij. Poſuiſti in
neruo pedem meuz ⁊ Eſa.xiiij. In die illa quum re
quiem dederit tibi deus a labore tuo:⁊ a concuſſio-
ne tua,⁊ a ſeruitute dura qua ante ſeruiuiſti: ſumes
parabolá iſtaz:⁊ dices:Q̃uo ceſſauit exactor.i.diabo
lus tyrannus extortor:quieuit tributum vitiorum?
Tria aũt ſunt que captiuitatē ⁊ ſeruitutē inducunt
.ſ.voluntas,quum quis voluntarie hoſti ſubijcitur:
ſicut Judei Antiocho.j.Macha.j.⁊ hic vide qđ le-
git ⁊ no.xxix.q.ſi.c.perlatum.Hoſtilitas:quuz quis
ab hoſte in iuſto bello capit.j.di.iuſgentiũ:vbi đ hoc
Natiuitas:quũ quis in ſeruitute naſcit. extra de ſer
uis non or.c.ſi. Huic triplici ſeruituti ⁊ captiuitati
ſubiacebat humana nã ante q̃z eam dei filius libera
ret.Adam nãqz propria voluntate hoſti ſe ſubdidit.
vt pre.c.non eſt.xv.q.j.c.Vñ Anſelmus ait in libro
cur deus homo.In paradiſo ſine peccato fact⁹ quaſi
poſitus eſt pro deo inter deũ ⁊ diabolũ: vt vinceret
diabolum non conſentiendo ſuadenti peccatum ad
excuſationem ⁊ honorem dei ⁊ ad confuſionem dia
boli quum ille infirmior non peccaret in terra eodē
diabolo ſuadente qui fortior peccauit in celo nullo
ſuadente.Et quum hoc facile poſſet efficere:nulla vi
coactus ſola ſuaſione ſe vinci ſponte permiſit ad vo
luntatem diaboli contra voluntatē ⁊ honorem dei
Propter hoc congrue illi traditus eſt puniendus
cui ſponte conſenſit vt peccaret.Filij vero ſunt pec-
cato illius addicti:q2 in captiuitate nati.vñ Epheſ.
ij.⁊ de cõ.di.iiij.firmiſſime Eramus enim nã filij ire
ſcilicet captiuitatis ⁊ miſerie? Nam ſicut ſi Adam
vixiſſet in illa libertate iuſtitie qua erat creatus:fuiſ
ſet cum tota ſua propagine confirmatus ita victus
ſeipſum ⁊ poſteros cupiditati ⁊ miſerie obligauit.
Propter hoc ſeuiebat tyrannus cui nemo poterat
reſiſtere:vt ſeruitutis iugum excuteret a ceruice: q2
non eſt poteſtas ſuper terram:que comparet ei, qui
factus eſt vt nullum timeat.Job.xlj.De his tribus
modis captiuitatis humane dñs ait Eſa.lij.In E-
gyptum deſcendit populus meus a principio: ideſt
in carcerem tenebroſum:ideſt in Adam qui ſponte
in merorem captiuitatis deuenit:ecce captiuitas vo
luntatis:vt colonus eſſet ibi.qđ ſecutum eſt quoad
poſteros eius:ecce captiuitas natiuitatis.⁊ Aſſur.i.
diabolus qui interpretat tollens robuſtum.ſ.Adaz.
abſqz cauſa calumniatus eſt eũ:q2 non habebat cau
ſam quare hominem punire deberet:quãuis homo
merito puniret:ecce captiuitas hoſtilitatis.Sed q2
non congruebat diuine bonitati:vt digniſſima crea
turaruz.ſ.homo propter quem omnia fecerat:totali
ter deperiret:quia deceptus fuerat ⁊ incitatorem ha
buerat:vide qđ no.de peni.di.j.§.ex his verſi.deniqz
in glo.quia irremediabile:⁊ de tali vili materia con
ditus fuerat:ideo dei filius eum propoſuit liberare:
quia ad eius qui eſt imago patris. Ad Coloſ.j. de
peni.di.j.§.quod aũt.c.deus quis ſimilis:imaginez
creatus fuerat:de pe.di.ij.§.Romanos.c.illa anima
q2 dei filius patris imago eſt homo ad imaginem
creatus.⁊ ſe ſeruum fecit:quuz eſſet filius:vt ſeruum
ingratum redimeret:⁊ liberaret formam ſerui acci-
piens. Phi.ij.Erat filius:⁊ factus eſt tanq̃z ſeruus.
vnde Eſa.lix.Hec dicit dñs.ſ.deus patet ad ſeruum
dñoꝝ.ſ.Chrm:qui ante Pilatũ ⁊ Cayphaz. tanq̃z
ſeruus iudicatus eſt:nec ſolũ formam ſerui accepit:
vt ſubeſſet,ſed etiam mali ſerui:vt vapularet.⁊ ſerui
peccati.vt penam ſolueret quũ culpá non haberet:
vnde.ps.lxviij.in eius perſona.Que nõ rapui tunc
exoluebam:⁊ hoc eſt ergo qđ dicit apl's q̄ filius nos
liberauit a ſeruitute diaboli ⁊ peccati.Non ergo re-
deamus in ſeruitutē iterũ per peccatũ:ſed liberati a
corpore mortis huius per gr̃am dei ſicut dicit apl's
ad Roma.viij.ſeruiamus Chriſtus liberatori no-
ſtro ꝯtra corpus peccati pugnando ⁊ diabolum qui
tanq̃z faber ſufflat prunas ardentes contra ipſum
incendij:vñ Eſa.liiij.Ego creaui fabrum ſufflantez
in igne prunas:habentes aũt ſpũm dei liberi erim⁹
q2 vbi ſpũs dei.ij.Cor.iij.ibi libertas vera a peccato.
Fructus aũt ſpũs vt dicit apl's ad Gala.v.duodeciz
ſunt:charitas,gaudium ⁊c.aduerſus hec non eſt lex
q2 qui ſpiritu dei agunt:non ſunt ſub lege.Galat.v.
xix.q.ij.due:q2 ſupra legē operantur:que ſunt perfe
ctionis euangelice:ꝯtra.n.impios ⁊ ſceleſtos ⁊ alios
crimino ſos poſita eſt lex ad eos puniendos. di. iiij,
facte.xxiij.q.v.non fruſtra.Quia ergo ſpũales quan
tum eſt poſſibile peccata cauent: non ſunt ſub lege
puniente ſcelera:ſed ſub gr̃a eos vt virtuoſos coro-
nante.Adde ad iſtum.verſi.quod ſcripſi.j.in.§.offen
dunt.verſi.Itē cũ priuilegia.cum verſi.ſe.in.c.lxvij.
Sic etiam intelligit illud apl'i.j.Timot.j.Juſto non
eſt lex poſita.⁊ Gala.v.Quia ſi ſpiritu dei ducimini
non eſtis ſub lege:ideſt ſub timore legis:q2 ſicut dr̃
Gala.iij.Lex poſita eſt ꝯtra tranſgreſſionem prohi-
bendá ⁊ etiam puniendá.Juſtus vero potius ſeruit
amore iuſtitie quaz timore pene. Unde ſuper pred.
verbo.Juſto non eſt lex poſita.dicit. Bern. Alia eſt
lex promulgata a ſpiritu ſeruitutis in timore: alia a
ſpiritu libertatis data in ſuauitate:nec ſub illa cogũ
tur filij:nec ſine iſta viuere patiuntur.Uis audire q2
iuſtis non eſt lex poſita? Non accepiſtis ait ſpirituz
ſeruitutis iterum in timore.Ro.viij.Uis audire q̄
ſine charitatis lege non ſunt:ſed accepiſtis inquit
ſpiritum adoptionis filioꝝ dei. xxiij.q.iiij.§. ex ijs.
Aperte non dicitur,:iuſti non habent legem:aut iuſti
ſunt ſine lege:ſed iuſtis non eſt poſita lex. hoc eſt nõ
tanq̃z inuitis poſita:ſed voluntarijs eo liberaliter
data quo ſuauiter inſpirata:quia ipſi habentes legē
nãlem ⁊ euangelicá in cordibus eoꝝ ſcriptá.Rom.
ij.precepta dñi ⁊ conſilia obſeruant.⁊ de hoc tangit
in collatione.ij.Sereni de principatib⁹ in libro col-
lationũ.Jo.caſſi.Ubi ergo Chriſti ſeruitus:ibi vera
libertas:vñ dicebat ſancta Agatha.Summa inge-
nuitas hec eſt in qua Chr̃i ſeruitus cõprobat ⁊ im-
perator Cõſtantinus ait.Qui conat perpetrare qđ
malum eſt:captiuare ſtudet vtiqz bonitatē:oĩum.n.
ſe verum dñm comprobat:qui ſe verum ſeruum oñ-
dit.Lex aũt euangelica vocat ab apl'o lex perfecte li
bertatis.Jaco.j.q2 nedum peccata ſed etiaz ſemina
ria interimit pctoꝝ:⁊ gratia euangelij.nõ ramos tm̃
malitie amputat:ſed ipſas penit⁹ radices noxie volũ
tatis euellit.Et hoc eſt qđ dicit apl's ad Roma.vj.
Peccatum.n.vobis non dñabitur: non.n.ſub lege
eſtis:ſed ſub gratia.Lex enim vetus ad plenum oc-
caſiones ⁊ ſeminaria peccatoꝝ non euellebat: q2 ſte
rili maledicebat.Deu.vij.Bona propria retinebat.
Talionē cõcedebat.Inimicũ odiebat.Leui.xxiij.⁊.
xxiiij.xix.q.iij.ſex dr̃e.⁊.q.iiij.cũ in lege.⁊.§.p.ex ijs.
Lex euãgelica caſtitatē ſuadet: ⁊ ꝟginitatē exaltat
dicēs Ga.iiij.btē ſteriles q̃ nõ lactauerũt.Mat.xix.

Seruitu-
tē innocē
tia.

xxxi ij.q.v.tūc ſaluabit̃.⁊.c.qui ſitit. al's eſt ſub.c.tūc
ſaluabit̃. Paupertatē ↄſulit. Mat.v.vñ Mat.xix.
Luc.xviij. Mar.x.Si vis perfectus eſſe ⁊c.xiiij.q.j.
§.j.Inimicos eſſe diligendos decernit. Matth.v.⁊
Luc.vj.⁊ prece.ca.ſex differentie. ⁊.c. cum in lege.⁊.
§.ex ijs.Et talionē ꝓhibet dicēs.Qui ꝑcuſſerit te ĩ
vna maxilla:prebe ei ⁊c.Luc.vj.Mat.v.xxiij.q.j.§
j.xiiij.q.j.qđ debet̃. Porro etſi mr̃imoniū bonuz ſit
⁊ a dño inſtitutū.Gen.ij.Eph.v.ſacr̃am in paradiſo
ex̃ de diuoꝛ.gaudemꝰ.xxxj.di.in cena. raro tñ toꝛus
immaculatꝰ eſt etſi in lege oīs foꝛnicatio ſit pꝛohibi
ta noīe mechie.Exo.xxij.Deut.v.xxxij.q.iiij. mere=
trices.difficile tñ eſt vt ignis cui in matrimonio etiā
ſtudioſe pabula ſuggerunt̃:ita prefixis terminis in=
cludat̃:vt non etiā extra euagatus adurat quicquid
attigerit:⁊ ipſa voluptas culpabulis eſt ⁊ ad velociſ
ſimos adulterioꝝ ⁊ immunditiarū multaruz capta
tur exceſſus:ad hec.xxxiij.q.iij.vir cū ꝓpria.xxxij.q.
ij.connubia.⁊.q.iiij.dixit Sara.⁊ c.oꝛigo.di.vj.ĩ pa=
lea.ſʒ penſandū.Secus eſt in diſcipulis euāgelij ſctō
incoꝛruptionis ⁊ caſtitatis amoꝛe inflāmatis.Le=
gis ergo famuli ex occaſione liciti vſus ad illicita ꝓ=
labunt̃.vñ.j.ad Coꝛ.vj.Oīa mihi licent:ſed ego ſub
nullius redigar ꝑtāte.xiiij.q.j.§.j.vbi de hoc.Gr̃e par
ticipes dū licita ↄtemnunt:illicita non nouerunt.vñ
Gre.Sancti viri vt illicita non perpetrent, a licitis
abſtinent.Sic etiā eſt in retinentibus bona ſua:qui
etſi decimas ſoluant:⁊ eleemoſynas faciant:tñ in re
tentione bonoꝝ ⁊ deſiderio hñdi ⁊ tarde ⁊ negligē
ter ⁊ diminute dādo philargyꝛie laqueos non eua=
dunt.c.ad hec de peni.di.v.qualitas.⁊.c.ſe.⁊.c.nego
tium.vñ Mat.xix.Mar.x. Luc.xviij. Difficile di=
ues ĩtrabit in regnū celoꝝ.vbi Hilarius. Pericu=
loſa.n.cura eſt velle diteſcere:⁊ graue onus innocen
tia ſubit incrementis opum occupata. Rē.n. ſeculi
famulatus dei non ſine ſeculi vitijs aſſequet̃. Hinc
difficile eſt diuitē regnum celoꝝ adire.Sed euange=
lij filius qꝛ amoꝛe dei oīa dedit:auaritiam abijcit cer
tus exiſtens ſe multomagis a deo:q̃ʒ volucrem celi
eſſe paſcendum.Mat.vj. Pari modo nō poteſt ſer
uus legis odiū ⁊ furoꝛez repellere quum talione vti
tur:ſed gr̃e filius in pace ⁊ charitate quieſcit liber ab
omni furoꝛe ⁊ indignatione paratꝰ repercuti.xxiij.
q.j.paratus:⁊ ſemper diligens inimicos.Qui ergo
nec ſub gr̃a eſt:qꝛ nequaq̃ʒ ad dñice doctrine culmē
aſcendit:nec ſub lege:qꝛ etiaz ipſa paruula legis mā
data non ſuſcipit,maxime a peccato non cauendo:
qđ etiam lex pꝛohibet:hic duplici peccatoꝝ oppꝛeſ=
ſus imperio, ad hoc ſolummodo gr̃am Chꝛiſti per=
cepiſſe ſe credit:vt per noxiam libertatē ab eo alienꝰ
exiſtat:in illud incidit:qđ Petrus nec incurramus
enuntiat.Quaſi liberi ⁊c.vt ſupꝛa dictū eſt verſi.cō
tra hos. Hec vero ſancta libertas ꝙ nuſquā ſit:niſi
ibi tm̃ vbi dñs commoꝛat̃: Paulus docet Dñs in=
quiens.ij.Coꝛin.iij.ſpiritus eſt vbi aūt ſpiritus dñi:
ibi libertas:vt ſuperius declaraui:de hoc etiā latius
tangitur in collatione.Theone de remiſſione quin=
quageſime.in.ij.parte eius in libꝛo colla.Joā. caſſi.
Begardi ergo iſti ↄtra quos ſuperius diſputaui,re=
deant ad ſpiritum dñi ⁊ non carnis:ſi verā habere
deſiderāt libertatē.ſed ſpiritu foꝛnicationis decepti
ſunt ipſi ⁊ eoꝝ ↄſimiles:ſicut expꝛeſſe dꝛ Oſee.vj.ſpi
ritus foꝛnicationis in medio eoꝝ ⁊ dñʒ non cogno=
uerunt:qꝛ ſicut experti ſumus,his tꝑibus,finis ta=
lis ſpiritus libertatis qui hodie currit caro eſt.⁊ nō
ſpiritus.Tempoꝛe meo in pꝛouincia beati Franci=
ſci multi ſeculares ⁊ fratres minoꝛes pꝛo iſto carnali
ſpiritu libertatis per inquiſitoꝛes heretice pꝛauita=
tis incarcerati fuerunt,inter quos fuit quidā frater
noſter:qui ꝑꝑ perfectionem q̃ʒ oſtentabat.Apl's di=
cebat̃:qui ibi caput fuit iſtius erroꝛis:qui quum eſ=
ſem nouitius,⁊ conſulerē eum,credens eū viruz per
fectum,ſuper quadā mea tribulatione ſubꝛidens di
xit mihi ꝙ ipſe tribulari non poterat.qđ verbuz nō
intelligens,ipſum mirabilē hominem reputaui: ſed
quum captꝰ eſſet pꝛo iſto ſpiritu libertatis intellexi
verbū ſuuz occultum:ꝙ ideo non poterat tribulari:
qꝛ faciebat quicquid ſibi caro ⁊ ſenſualitas ſuggere
bat ſeruus carnis libera iuſtitia.Iſte in carcere fra=
trum moꝛtuus fuit Floꝛentie:ſi vere penitēs neſcio
tales valde ſpūales videbant̃ in lucis angelū tranſ=
foꝛmati.ij.Coꝛ.xj.xxvj.q.v.ep̃i.⁊.c.nec miruz.vltra
ij.col.verſi.poꝛro.xxix.q.j.§.j.ex̃ de reg.licet.§. ſi ve=
ro cognoſunt̃ per oꝑa carnis.Gala.v.Vñ ſecure aſ=
ſero:ꝙ ſi etiā interregarent̃ in eoꝝ cōſcientijs etiam
cauteritatis,lxxiij.di.in nomine:qñ talia perpetrant
an eoꝝ conſcientie ſint libere pacifice ⁊ ſecure:ſi ve=
rum dicerent,reſponderent,ꝙ non qꝛ omne peccatū
ſecum toꝛmentū ⁊ penalitatē ⁊ pauoꝛē trahit ⁊ non
libertatē.Funiculis nāq̃ʒ peccatoꝝ ſuoꝝ vnuſquiſq̃ʒ
conſtringit̃.vt dicit Salo. Pꝛouer.v.⁊ Eſa.l. Ecce
vos oēs accendentes ignē accincti flammis ambu
late in igne luminis veſtri,⁊ in flammis quas ſuc=
cendiſtis. Ipſe.n.nobis toꝛmento ſunt quibus vti=
mur voluptates ⁊ oblectamenta huius carnis atq̃ʒ
delicie carnificum vice in ſuum retoꝛquentur autho
rem:vt dicit Abꝛaam in vltima coll'a.li.colla.Jo.caſ
ſi.⁊ Seneca Maximū ſupplicium ſcelerum eſt que
ſtatimꝰ puniunt̃ dū facta ſunt:imo dū fiūt.⁊ Poeta

> Ex templo quod cumq̃ʒ mali committitur:ipſi
> Diſplicet authoꝛi:pꝛima hec eſt vltio:ꝙ ſe.
> Judice nemo nocens abſoluitur.

Nā punctio
ↄſcientie ſemper contradicit pctō etiā in diabolo:⁊
punit hoiez.nā ſenſualitas impellit hominē ad pec
catum:pꝛoponendo carnalē delectationē ſeu tꝑalez
vtilitatem:ſed ratio retrahit a peccato,pꝛoponendo
diuinam offenſionem ⁊ eternam damnationez.Sa
pientie.xvij.Quum ſit timida conſcientia:dat teſti=
monium condemnationis:ſemper.n.pꝛeſumit ſeua
turbata conſcientia:ideſt anticipat futura ſupplicia.
Pꝛouerb.x. Pauoꝛ his qui operantur malum.

Quartus erroꝛ iſtoꝝ Begardoꝝ eſt ꝙ homo po
teſt finalē beatitudinē ſm oēm gradū perfectionis
in pꝛeſenti vita ↄſequi:ſicut eā in vita obtinebit bea
ta.Erroꝛ iſte nullum coloꝛē habens a ſcriptura diui *An poſſit quis hac i vita beatuo effici.*
na deſtruit̃ expꝛeſſe a dño:quū dicit Mat.xj. Amē
dico vobis:non ſurrexit inter natus mulierū maioꝛ
Joāne baptiſta:q aūt minoꝛ eſt in regno celoꝝ:ma=
ioꝛ eſt illo.vbi Aug.Regnū celoꝝ appellauit hic qđ
nondū accepimus:de quo in fine dicturus eſt Mat.
xxv.Venite benedicti patris mei percipite regnum
qꝛ ibi ſunt angeli quoꝝ minoꝛ maioꝛ eſt quolibet iu
ſto poꝛtante coꝛpus:qđ corrumpit̃ ⁊ aggrauat aīaz
⁊ depꝛimit terrena inhabitatio ſenſuz multa cogitā
tē.Sapie.ix.Itē ibi Hieronymus. Nos aūt ſimpl'r
intelligamus ꝙ oīs ſanctus qui iā eſt cū dño:maioꝛ
ſit illo qui adhuc conſiſtit in pꝛelio:aliud eſt.n.coꝛo
nam victoꝛie poſſidere:aliud adhuc in acie dimica=
re. Non poteſt ergo clarius quam per hec verba ter
tius ⁊ Aug.⁊ Hierony.tolli iſte erroꝛ:quia quuz Jo
annes perfectiſſimus eſſet etiam ab vtero ſpiritu
ſancto repletus.Luce.j.non tamen beatitudinē mi=

nimi beati in patria potuit attingere. Tota aũt ꝑ-
fectio hoĩs in hac vita in charitate eſt q eſt vinculuz
ꝑfectionis.ſm Aplm Coloſ.iij.vt tãto qs dicat̃ ma-
ior quanto plꝰ deũ ⁊ proximũ diligit. vñ Ber. Quã-
titas aĩe ex amore exiſtimanda eſt:vt qui magnã hz
charitatẽ:magnus eſt qui modicã:paruus:qui non
charitatẽ,nihil:ſm Aplm.j.ad Cor.xiij.Charitatez
aũt non habuero:nihil ſum ſz ſicut ſuperius proba-
ui in primo errore iſtorum in.§.⁊ vnus.in iſto.c.ſm
Hieronymũ.Jn iſta vita perfectiſſima charitas nõ
poteſt haberi ſicut in patria:de pe.di.ij.§.hinc etiam
c.itẽ Hieronymus.Charitas in quibuſdã:ergo ma-
nifeſte falſum dicunt:qꝛ ignis in ſion.i.in eccl'ia mili
tanti:in qua Chr̃m ſpeculamur p ꝯtemplationez in
qua modicꝰ reſpectiue eſt ignis charitatis:⁊ animus
ideſt magnus ignis charitatis.in Hieruſalem:ideſt
in patria beata ⁊ pacifica:ſic.n.interpretat̃ Hierlm.
Eſa.xxxj. Preterea ſm Aplm.j.ad Cor.xiij. Uide-
mus nunc p ſpeculũ ⁊ in enigmate.i.in obſcuritate.
enigma eſt veſtigiũ trinitatis in creaturis.Ro.j.Jn-
uiſibilia.n.ipſiꝰ a creatura mũdi p ea que facta ſunt
intellecta ꝯſpiciunt̃.alia glo.i.in hac vita:tunc.ſ.i pa
tria facie ad faciẽ.ſz ſm Gre.etiam ipſa dei cognitio
amor eſt:q aũt clarius videt:puriꝰ diligit quẽ purius
cognoſcit. Merces aũt ſm Aug.tota viſio eſt Jo.
xvij. Hec eſt autẽ vita eterna:vt cognoſcant te verũ
deum:⁊ quem miſiſti ieſum chr̃m. Nunq̃ʒ ergo tali
beatitudine põt ꝑfrui ⁊ tanta qui in enigmate deuz
videt ſicut qui facie ad faciem,vnde dñs ad Moy-
ſen.Exo.xxxiij. Poſteriora mea videbis,ſcz in hac
vita.i.in enigmate me cognoſces : qꝛ qui retro ſtat:
nõ plene hominẽ cognoſcit: ſz faciem meã non vide
bis:per quã cognoſcit̃ quiſqz clare:qꝛ nõ clare me cõ
tẽplaberis ſicut in patria:ſicut dixit ei.xxxiij.c.Exo.
Ego oſtendã tibi omne bonũ.i.me in quo eſt omne
bonũ tibi oñdam.Non em̃ videbit me homo ⁊ vi-
uet,homo, in hac carne mortali: vt clare me videat:
carnis pariete prepediente. Uideamus igitur eum
hic per cancellos vt dr̃ in Canti.ij.i.per obſcuraz cõ
templationẽ:ſed qui dilexerit Chr̃m diliget̃ a pr̃e ⁊
filio: ⁊ manifeſtabit ſeipſuz ſibi:vt ipſe dicit in Joã.
Jo.xiiij.⁊ de con.di.ij.ſpecies.i.clare euz in patria vi
debit:de qua manifeſta viſione Jo.iij. Similes ei
erimus:qꝛ videbimꝰ eũ ſicut eſt.Hanc viſionẽ opta
bat Moyſes.pre.c.Exo.xxxiij. Si inueni grãm in
conſpectu tuo:oñde mihi faciẽ tuaz . Cui dixit dñs
qđ predictũ eſt.Non videbit me homo ⁊ viuet.Uñ
tenent doctores ꝙ Paulus raptus vſqz ad tertiũ
celũ empyreũ. ij. Cor.xij.nõ ita clare vidit deũ ſicut
angeli:propter impedimentũ carnis corruptibilis.
Tenet tñ Aug.xij.ſuper Gen.ad literã.⁊ in libro de
videndo deum ad Paulinã dicens ꝙ Moyſes ex
dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalem vitaz agens
deum per eſſentiã vidit:tamq̃ʒ futurus Judeoꝝ do
ctor vñ Numeri.xij. Nõ per enigmata, ſed facie ad
faciem allocutus eſt deuz.Exo.xxxiij.viij.q.j.Moy
ſes,vbi de hoc.⁊ Paulus idẽ priuilegiũ habuit:tã
quã futurus doctor gentiuz:vñ dicit.ij. ad Cor. xij
ſe raptum vſqz ad tertium celum.Tertium celuz vo
cat empyreum:vbi angeli ⁊ anime ſancte fruuntur
dei viſione manifeſta:ibi intellectuali viſione vidẽt
deum facie ad faciem:eo modo quo videtur ab an-
gelis qui ſunt de ſuperiori tertia Hierarchia ſecun-
dum Dionyſium : in qua ſunt Cherubin ⁊ Sera-
phin ⁊ throni:qui proxime ⁊ immediate deo ferun
tur ad quoꝝ ſimilitudinem vidit deum Apl's.⁊ iſtã
tertiã Hierarchiam vocat ⁊ tertium celum.Ad hãc
viſionis manifeſtationem non aſcenſorijs gradibꝰ:
ſed inopinatis exceſſibus aduolauit Apl's. non.n.
aſcendiſſe ſed raptum fuiſſe ſe perhibet: ſicut ⁊ Adã
raptus legitur de pe.di.ij.§.Romanos:verſi.Adaz
⁊ Gen.ij.Jmmiſit dñs ſoporẽ in Adã.i.contempla
tionem:ſm Bern.vt in ſenſibus obdormiret,⁊ ani
ma in viſione dicta vigilaret:qđ apparet:qꝛ rediẽs
prophetans dixit.Hoc nunc os ⁊c.extra de biga.de
bitum:de viſione dei vide qđ no.xiij.q.ſi.qui diuina
glo.ij.Jtem Bern.contra iſtos.Non.n.nos ad hoc
de paradiſo voluptatis animi aduerſio diuina eie-
cit vt hic alterum paradiſum humana adinuentio
prepararet.Si.n.ad tantam beatitudinem quis in
hac vita poſſet peruenire,quãta eſt in patria: fruſtra
deſideraret quis alium paradiſuz: ⁊ pro nihilo eſſet
ei qđ vere hereticum eſt ſentire:⁊ fruſtra concupiſce
ret Apl's diſſolui:⁊ eſſe cum Chriſto qui cum Chr̃o
erat per grãm.ad Phi.j.c.⁊ extra de renun.niſi cuz
pridem.§.porro.Fruſtra etiã idem lamentaret̃ ⁊ di
ceret vt ſuperius eſt probatum,infelix ego homo ⁊c.
Ro.vij.videns ſe pp carnis impedimentuz ⁊ men
tis varios motus extra ſuum conſenſum non poſſe
ſicut optabat dñm contemplari.Fruſtra etiam dice
ret Dauid.ps̃.xlj.⁊ deſideraret . Qñ veniam ⁊ ap-
parebo ante faciem dei ? Fuerunt mihi lachryme
mee panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie
vbi eſt deus tuus.ps̃.xlj.Et iterum. Quemadmo-
dũ deſiderat ceruus ad fontes aquarum:ita deſide-
rat aĩa mea ad te deus.Et iterum.ps̃.lxxxiij. Quia
melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia.ſ.in hac
vita.Et Paulus. Potens eſt depoſitum meũ ſer-
uare in illum diez.ij.ad Timo.iiij.⁊.j.c. Fruſtra etiã
iſta eccleſia militans congauderet letitie ⁊ paci ⁊ li
bertati eccleſie triumphantis, dicẽs Letare Hieru-
ſalẽ ⁊c.Eſa.vltimo:ſi tantã letitiam ipſa poſſet con-
ſequi in hac vita. vñ Bern. Quouſqz adoramus ⁊
nõ guſtamus proſpiciẽtes p̃riam:⁊ non apprehen-
dẽtes:ſuſpirãtes ⁊ de lõge ſalutãtes? O vera exuluz
p̃ria exilij finis:video te:ſz nõ ſinor intrare:carne re-
tẽtꝰ,nec adhuc dignꝰ.Hec deſiderabilis p̃ria celeſtis
non terreſtris,nec manufacta,figurata eſt.iij.Re.x.
vbi dr̃ ꝙ Regina hauſtri.ſ.habitatrix ⁊ dña calide
regionis.i.amore inflãmata venit audire ſapientiã
Salomonis . Hec eſt quelibet aĩa fidelis deſiderio
videndi verũ Salomonẽ Chr̃m qui eſt plꝰ q̃ʒ Salo
mon. Mat.xij.ſucceňſa:que videns oẽm ſapientiã.
Salomonis.ſ.magnitudinẽ,pulchritudinẽ,⁊ diſpo
ſitionẽ creaturarũ,⁊ domuz q̃ʒ edificauerat.ſ.p̃riam
celeſtem de qua Baruch.iij.O Jſrael:q̃ʒ magna eſt
domꝰ dei ⁊c.⁊ cibos menſe eiꝰ:qui ſunt viſio,delecta
tio,⁊ fruitio,qbus paſcit bonos in regno:⁊ habitacu
la ſuoꝝ:ideſt diuerſitates celeſtium manſionum : de
quibus Jo. xiiij. Jn domo patris mei manſiones
multe ſunt:de pe.di.iiij.in domo:⁊ veſtes eoꝝ.ſ.dotes
corporis,agilitatem,ſubtilitatem,claritatem,impaſ
ſibilitatem:que ſunt proprietates ſolis:ad cuius cõ-
parationem fulgebunt iuſti. Mat.xiij.⁊c.Eſa.xxx.
Erit claritas ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſeptez die
rum:non habuit vltra ſpiritũ:vñ Bern. Quantus
putatis tunc ſplendor erit animarum : qñ ſplendo-
rem ſolis habebunt corpora. Mat.xiij.Fulgebunt
iuſti ⁊c.Non inquam habuit vltra ſpiritum.ſ. pre
nimia admiratione ad ſpiritus ſui defectum deuene
rat:quia ſicut ait Grego. Niſi quis a ſemetipſo defe
cerit:ad deũ qui ſupra ipſuz eſt,non appropinquat.

dabitur? Et Augu. Et ſi vos per quos odiendi ſunt
populi: metu perſecutionum temporalium amiſeri-
tis regna celorū: qui erunt homines per quos vobis
error auferatur? Alia litera habet ſi ſal infatuatū fue
rit: oſtendens fatuos eſſe iudicādos: qui temporaliū
bonorum vel copiā ſectantes, vel inopiam metuen-
tes, amittunt eterna: que nec dari poſſunt ab homi-
nibus nec auferri. Item Hilarius. Si autē doctores
infatuati nil ſaliant: ⁊ ipſi ſenſu accepti ſaporis amiſ
ſo viuificare corrupta non poſſint redduntur inuti-
les. vnde ſequitur, Ad nihiluꝫ valet vltra: niſi vt mit
tatur foras ⁊ conculcetur ab hominibus. Hierony-
mus. Sal enim vt in condimentū ciborum ⁊ ad ſic
candas carnes neceſſariū eſt: ita alium vſum non ha
bet. Certe legimus in ſcripturis vrbes quaſdā ita vi
ctorū ſale ſeminatas: ut germen nullum in eis orire-
tur. Item gl. Poſtqꝫ ergo illi qui capita ſunt aliorū
defecerint: nulli vſui apti ſunt niſi ad hoc ꝙ mittanꝛ
foras ab officio docendi. Adde hic de iſto ſale quod
ſcripſi. j. §. Sed contra hoc. ꝟ. ij. patet ex eo in. c. lviij.
Filij iſrael religioſi videntes deum in deſertū religio
nis exeuntes de Egypto de mundo tenebroſo car-
nes ⁊ pepones cepas ⁊ alia ⁊ cucumera appetētes. i.

mundi delectabilia: ⁊ ſuper man (alias manhu) .i.
corpus chriſti.de cõ.di.ij.reuera.vel rebꝰ ſpũalibus
nauſeãtes mente ⁊ vita in Egyptũ.i. mũdũ reuer-
ſi ſunt.ſicut Numeri. xj. ⁊ xiiij. tales ex eis non in-
trant terrã promiſſionis.i. terram viuẽtium. lxxvj.
di.ieiunium.Contra tales religioſos hodiernos re-
trogrados Petrus.ij. Pe.ij.c. Si em̃ refugiẽtes
coinquinationem mundi in cognitione dñi noſtri
⁊ ſaluatoris Jeſu Chriſti hi rurſus implicati ſupan
tur:facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribꝰ. me-
lius enim erat illis non cognoſcere viã veritatis: ꝙ
poſt agnitionẽ retrorſum cõuerti ab eo qđ illis tra
ditum eſt ſancto mãdato.contingit.n.illis illud ve-
ri prouerbij. Prouer.xxvj. Canis reuerſus ad ſuuz
vomitum:⁊ ſus lota in volutabro luti. de pe. diſ.iij.
ſunt qui dicunt.⁊.c.irriſor ⁊ c.inanis.⁊ di.iiij.ſi refu
gientes.⁊ ad Heb.vj. Intermittentes ſermonẽ in-
choationis chriſti,feramur ad ius ꝑfectionẽ:nõ rur
ſus iacientes fundamentũ penitentie ab operibus
mortuis.de pe.di.iiij.intermittentes . Et ſanctiꝰ eſt
nõ vouere: q̄z votũ prout meliꝰ põt nõ ꝑficere.gra-
uius enim puniuntur qui votũ fecerunt. aut fidem
perceperunt: ⁊ votũ non perfecerunt: aut in malis
vitam finierũt : q̄z illi qui ſine voto aut fide mortui
ſunt:⁊ tñ bona egerunt opera.xij.q.j.ſcimus. de pe.
di.iiij.§.finis.Tales cucurrerunt:ſed brauium non
habuerunt.quia ante metã defecerũt.j. ad Coꝝ.xj.
Greg.in moralibus, In caſſum quippe bonũ agiẗ
ſi ante terminũ deſeratur.quia fruſtra velociter cur-
rit:qui prius q̄z ad metã perueniat, deficit. de peni.
di.iij.in caſſum.ex̃ de renun.c.j.vbi de hoc.Tales ẽt
mortuum baptizauerunt:⁊ mortuũ iterũ tetigerũt.
Eccli.xxxiiij.Grego.in moral. Baptizantur quip-
pe a mortuo : qui mundant ſe fletibꝰ a peccato . ſed
poſt baptiſmũ mortuum tangit:qui culpas poſt la-
chrymas repetit.de peniten.di.iij.baptizantur. Cõ
tra tales etiam dñs in Luca.viij.c.Matth.xiij.In
tẽpore credunt:⁊ tẽpore tentationis recedunt.Ber.
Ibi fige tu chriſtiane curſus tui metam: vbi chriſtꝰ
poſuit ſuã . Hi miſeri accipientes ⁊ tenentes clypeũ
manũ cõtraxerunt quã in ſublime porrexerant:an-
teq̄z interficerent oẽs habitatores hai.i. vallium.i.
mundi.Joſue.viij.Tales etiam poſtq̄z peccata plã-
xerunt:vultus mutauerũt.cõtra illud.j.Reg.j. Iſti
ſunt qui mortui mundo.C.de epiſ.⁊ cleri.deo nobis.
xvj.q.j.placuit.redierunt ad literam, ad ſepeliẽdos
mortuos huius mundi . Et in ſpũ tales mortui in
peccatis iacentes ſepeliunt alios mortuos corpora
les.Mat.viij.Et cura eoꝝ de mortuis eſt:vt de eoꝝ
cadaueribus paſcantur ſicut lupi ⁊ canes de morti
cinis beſtiarũ. ꝓpter ſepulturas multi ſe in inferno
ſepelierunt.Lu.xvj. Stelle etiã ſcꝫ religioſi nõ ma
nentes in ordine.ſcꝫ aut ꝑ apoſtaſiam aut per malã
vitam:⁊ curſu ſuo:de quo.Cucurri in ſiti.i.in feruo-
re charitatis,contra Siſaram.i.diabolũ:interpreta
tur em̃ Siſaras excluſio gaudij:nõ pugnauerũt per
ſeueranter.Judic.v.Non.n.tales religioſi tepefacti
currũt in ſiti.i.in feruore ſancto ⁊ deſiderio. de qua
ſiti ait dñs.Jo.xix. Sitio. Nec viã mandatoꝝ cur-
runt:q2 nõ habent cor per charitatẽ dilatatum. pſ̃.
cxviij. Viam mandatoꝝ cucurri cum dilataſti cor
meum. Nõ currunt poſt chriſtũ gigantẽ:qui exulta
uit vt gigas ad currẽdã viam.pſ̃.xviij.nec cũ achi-
maas currunt per viam cõpendij conſilioꝝ chriſti
de quo.ij.Reg.xviij.vbi diciẗ. Currens Achimaas
per viam cõpendij trãſiuit chuſi.Achimaas ſignat
feruentes in bono religioſos:qui non contenti obli
gationibus preceptoꝝ extendunt ſe ad conſilia euã
gelica.Mat.xix.xiiij.q.j.§.j.⁊.c.quiſquis. vnde in-
terpretatur fratris mei aſſumptio:q2 formam illius
chriſti fratris noſtri:de quo.pſ̃.xxj.Narrabo nomẽ
tuum fratribus meis:aſſumunt. poſt quem currere
debemus. Cant.j. in odorẽ curremus vnguentorũ
tuoꝝ.Ber.Currentẽ non apprehendit:q2 ⁊ ipſe pa
riter nõ cucurrit.⁊ ꝓpter hoc diciẗ Jo.xx. ꝙ curre-
bant Petrus ⁊ Joãnes ſimul.i.in charitate. Chu
ſi interpretatur tenebrans me.⁊ ſignat tepidos re-
ligioſos qui alios obtenebrant exẽplo impꝑfectiõis
ſue ⁊ preuaricationis. Hiere.xiij. Date dño deo ve-
ſtro gloriã ante q̄z tenebreſcat : ⁊ ante q̄z offendant
pedes veſtri ad montẽ caliginoſum.Seneca. Facia
mus qđ in itinere ſolet fieri.qui tardius de hoſpitio
exierunt:velocitate cõpenſant morã.vñ de bonis re
ligioſis diciẗ Rom.xij.Spiritu feruentes:dño ſerui
entes.Ecci.xiiij.Non defraudaueris a die bono ⁊ par
ticula bone diei nõ te pretereat.vñ ⁊ Sene. Cũ cele
ritate tẽporis vtendi velocitate certandũ eſt:⁊ velut
ex torrẽte rapido nec ſemꝑ ituro cito hauriẽdũ eſt.
Legitur de Tito quũ ſederet ad menſam : ⁊ recole-
ret nil ſtrenuũ aut memorabile ſe egiſſe die illo:cum
gemitu graui ⁊ dolore menſam repulit exclamans.
O amici diẽ perdidi. Idẽ nota ſupra in prima par
te in.c.xlij.verſi.item recor. Bern. Omne tẽpus in
quo de deo nõ cogitas: te cõputa ꝑdidiſſe. ⁊ Hiero.
Semper aliquid operis facito ⁊c.de cõſe.di.v.nũq̄z
diabolus.n.ſemper redit ad domũ vacantẽ:⁊ ibi re
quiẽ habet.Matth.xij.de peni.di.iiij. reuertar vn-
de.in pre.loco Mat.Inuenit eã vacantem,ait Ra
banus,a bonis operibus ⁊ actibus per negligẽtiã:
ſcopis mundatã ſcꝫ a vitijs priſtinis per baptiſmũ ⁊
religionem:qui eſt alius baptiſmus: in cuius ꝓfeſ- Religio
ſione non ſimulata remittit deus ꝓfeſſo contrito ⁊ ẽ alter ba
nouitio ꝓponenti remanere oĩa peccata ſicut in ba ptiſmus.
ptiſmo:ſicut fuit reuelatũ cuidam monacho ab an-
gelo.vt legiẗ in vitis patrũ.Ornatã ſimulatis virtu
tibus ꝑ hypocriſim.Et Aug. de cõcordia euangeli
ſtaꝝ ait ſuꝑ pre. verbis. Per hec verba ſignat dñs
quoſdam ita creditores vt non poſſint ferre laborẽ
continentie:⁊ ad ſeculũ redituri ſint. Greg.etiã.vij.
lib.moral. ſic ait. Plerunq̄z etiã fit quum mens ex
ſui exordio profectu extollitur : quũq̄z iã ſe quaſi de
virtutibus erigit : ſeuienti cõtra ſe aduerſario aditũ
pandit.tantoq̄z vehementius in eius confractione
ſe exhibet:quanto ⁊ grauius quia vel ad modicum
fuerat proiectus dolet. Item Job.xxvj. Qui exten
dit aquilonem.i.diabolũ ſuꝑ vacuuꝫ.i. cor otioſum
tanq̄z ſuperlectũ. Religioſi aũt acidioſi videnẗ ſibi
lucrifacere diẽ: ſi ſine opere aliquo totus eis ꝑ iner-
tiã elabaẗ.Inter.n.alias infirmitates religioſoꝝ aci
dia eſt eis domeſtica ⁊ familiaris . que a Damaſce-
no deſcribiẗ,afflictio ſiue triſtitia aggrauans.Tales
religioſi deſignati ſunt in Helia:de quo diciẗ ꝙ quũ
fugeret a facie Jezabel in deſerto ⁊ proijceret ſe ad
vmbrã iuniperi:petijt aĩe ſue vt moreretẗ. Juniperꝰ
deſignat religionẽ . quia ſub cinere illius conſeruaẗ
ignis per annũ : ita ⁊ feruor nouitioꝝ vſq̄z ad pro-
feſſionem. Sed multi proijciunt ſe ad vmbrã iuni-
peri: quia torpent a bono opere refrigerati a ſancto
primo feruore:quos angelus.i.gratia excitat monẽs
vt ſurgant:⁊ panem ſubcineritiũ comedant.i.reco-
gitent chriſtũ ꝓ ſe tot opprobria paſſum . ⁊ hoc cuꝫ
aqua lachrimaꝝ.Nec ſemel de chriſto cogitare ſuf-

ficit:ſed frequenter donec perueniant ad monte dei
Oreb.i.ad menſam celeſtis glorie.interpretaṫ eniȝ
oreb menſa.iij.Reg.xix.Noſtris aũt teporibus ſtel
le multe.i. religioſi qui fulgere cõſueuerant in firma
mento celi.i.eccleſie:⁊ nocte huius ſeculi vita ⁊ do-
ctrina illuminare:ceciderunt de celo puritatis ⁊ al-
titudine ſanctitatis. Matth.xxiiij. Uñ dies iudicij
in ianuis eſt. vñ Aug. ad Eſitium ſuper verbo pre.
Stelle cadent. qm̃ multi qui gratia fulgere videbã
tur:perſequẽtibus cedent ⁊ cadent:⁊ quidã fideles
fortiſſimi turbabunṫ. Unde ⁊ hodie veraciter põt
dici illud Job.xxiiij. Et ſtelle multe.i. religioſi,non
ſunt munde in conſpectu eius ſcȝ chriſti:licet mũde
in conſpectu hominum videanṫ. Et licet tales eru-
dire plurimos populos ad iuſtitiam videantur: qr
tamen eorum vita diſcordat a doctrina ſicut pha-
riſeorum.j.q.j.nõ quales.xix.diſt.ſerui. Mat.xxiij.
non fulgebunt multi ex eis ſicut ſtelle in perpetuas
eternitates,Dani.xij.extra de magiſtris.c.ſi.

De vitijs ſpecialibus quorundam religioſorum.
De plena renuntiatione in principio facienda.
Multa vtilia de paupertate. Cap. 54.

NUnc vero ad religioſoꝝ oium
ſingulatim vitia deſcendamꝰ:
vt ex vitijs virtutibus contra
rijs.xxij.q.j.cũ renuntiaṫ. vir-
tutes eoꝝ ad quas teneṅ cla-
rius cognoſcanṫ. Et primo in
vitio ꝓprietatis offendũt mul
tipliciter ⁊ tranſgreſſione pau
pertatis. ⁊ hoc tripliciter ⁊ diuerſimode in ingreſ-
ſu,⁊ ꝓgreſſu ⁊ egreſſu.Et primo ĩ prĩcipio cõuerſio
nis qdã eoꝝ non plene ſe expropriant: ſibi reditus
loculos ⁊ aliam ſupellectilẽ infideliter reſeruantes:
ſicut Ananias ⁊ Saphyra vxor eius.Act.v.xxiij.q.
viij.legi.⁊.c.petrus. Contra tales myſtice in Deut.
precipitur.xx.c.ſiṁ Judic. vij.⁊.j.Machab.iij. Si
quis eſt homo formidoloſus ⁊ corde pauido: nõ e-
grediaṫ ad bellũ: reuertaṫ in domum ſuam ne paue
re faciat corda fratrũ ſuoꝝ: ſicut ipſe perterritus eſt
ꝓpter qd̃ Jo.caſſi.in.iiij.lib.de inſtitutis renunciã-
tium ait in primo.c. De illo qui renuntiat diligẽtia
ſumma perquiritur ne de priſtinis facultatibꝰ ſuis
inhereat ei vel vnius minimi contagiũ. Sciunt.n.
patres ſub monaſterij diſciplina diuturnũ eſſe non
poſſe:ſed nec humilitatis quidem aut obediẽtie ap
prehenſurum eſſe virtutem: nec illa cenobij pauper
tate ac diſtrictione contentũ fore:ſi in conſcientia e-
ius pecunie quantulũcunqȝ latitauerit:ſed vbi pri-
mum exorta fuerit quelibet occaſionis cõmotio:fi-
dutia ſtipis illius aĩatum continuo de monaſterio
velut funda rotante fugiturum. Unde Mat.iiij.
ibi.Relictis retibus.Greg.in homiṫ.v.euangeliſta
rum.Jn quo affectũ potius debemus penſare qȝ cẽ
ſum.Multũ.n.reliquit:qui ſibi nihil retinuit.mul-
tum dimiſit: qui cũ re poſſeſſa cõcupiſcentijs renun
tiauit. a ſequentibus ergo tanta dimiſſa ſunt quãta
a non ſequẽtibus concupiſci potuerunt.Et Thryſ.
ibi in homiṫ. Tante igiṫ ꝓmiſſioni crediderunt: ⁊
per ſermones quibꝰ ſunt capti,crediderunt ſe alios
poſſe piſcari, Jtem idẽ ſup Mat. Hoc igiṫ cupien-
tes ſecuti ſunt oibus relictis.in quo nos docuerunt
quia nemo põt terrena poſſidere:⁊ perfecte ad cele-
ſtia peruenire.Jtem in eo.c.Mat.iiij. Jlli aũt reli-
ctis retibus ⁊ patre ſecuti ſunt eũ.Chrỹ.ſup Mat.
Tria.n.ſunt que relinquere debet qui venit ad chri
ſtum.Actus carnales:qui ꝑ retia piſcationis ſignan
tur.Subſtantia mundialis:per nauẽ.Parentes:ꝑ
patrẽ. Reliquerunt ergo nauẽ:vt fierẽt eccleſiaſti-
ce nauis.xxiiij.q.j. non turbaṫ.gubernatores.Re-
liquerunt retia: vt non piſces afferrent ad ciuitatẽ
terrenã:ſed hoĩes ad celeſtem.Reliquerũt vnũ pa-
trem:vt ſpirituales patres oium fierẽt.ij.q.vij.qua-
lis.Jtem ibi Hilarius.Eis igiṫ artẽ ⁊ patriã domũ
relinquentibus docemur chriſtum ſecuturi ⁊ ſecula
ris vite ſolicitudine ⁊ paterne domus conſuetudi-
ne nõ teneri.Jtẽ Luce.v.⁊ Mat.ix.diciṫ de Mat
theo.Et relictis oibus ſurgens ſecutus eſt euȝ.Jtẽ
Mat.xix.Si vis perfectus eſſe: vade vẽde oia que
habes:⁊ da pauperibus.vbi Remigius.Notanda
ſunt verba iſta.Non.n.ait dñs vade ⁊ mãduca oia
que habes:ſed vade ⁊ vende.⁊ non ait aliqua:ſicut
Ananias ⁊ Saphyra:ſed oia. ⁊ pulchre ſubiungit,
que habes.illa.n.habemus:que iuſte poſſidemus.il
la ergo que iuſte poſſidemus:vendẽda ſunt. que ve
ro iniuſte: ſunt eroganda illis quibus fuerint abla-
ta.xiiij.q.vj.ſi res.de peni.di.v.falſas.Nec ait,da ꝓ-
ximis aut diuitibꝰ a quibꝰ accipies ſimilia. Mat.
v.ſed da pauperibus.Jtem ibi Hiero. contra Uigi
lantiũ hereticũ. Quia aũt Uigilantius aſſerit eos
melius facere qui vtunṫ rebus ſuis:⁊ paulatim fru
ctus poſſeſſionum pauperibus diuidunt: qȝ illos q
poſſeſſionibus venundatis ſemel oia largiunṫ:non
a me ei ſed a dño reſpõdebitur.Si vis perfectus eẽ:
vade ⁊ vende ⁊c. Jſte quẽ tu laudas ſecundus aut
tertius gradus eſt:quẽ ⁊ nos recipimus. xxx.diſ.ꝭ.
Jtem hec ſcripſimus.dũmodo ſciamus prima ſecũ
dis ⁊ tertijs preferenda. Jtẽ Genadius de eccleſia
ſticis dogmatibus.Bonum eſt.n. facultates cũ di-
ſpenſatione pauperibus erogare.melius eſt ꝓ inten
tione ſequendi dñm inſimul donare: ⁊ abſolutum
ſolicitudine.lxxxvj.diſt.nõ ſatis. egere cum chriſto.
Jtem eo.c.Mat.xix.Ecce nos reliquimus oia.ibi.
Chryſ.in homiṫ.Qualia oia o beate Petre? arun
dinem, rete, nauim? oia quidem hec dicis non ꝓꝓ
munificentiã: ſed vt per interrogationem hãc ino-
pum inducat plebem. quia.n. dñs dixerat, Si vis
perfectus eſſe ⁊c.ne dicat aliquis inopũ. Quid er-
go ſi non habuero non poſſum eſſe perfectus. inter
rogat Petrus: vt tu inops diſcas qm̃ in nullo hic
diminutus es.Qui.n. claues regni celoꝝ acceptu-
rus erat: ꝑ ijs qui ibi ſunt iam confidit:⁊ pro orbe
terrarum vniuerſo interrogat. Contra tales imper
fecte renuntiantes,Jo.caſſi.in. vij.li. de ſpũ philar-
gyrie ſic ait. Quamobrem ſi euãgelico precepto vo
lumus obedire: ac apſorum ac totius illius eccleſie
primitiue ſeu patrum qui virtutibus ac perfectioni
eoꝝ noſtris tẽporibus ſucceſſerunt,imitatores exi-
ſtere:non noſtris definitionibus acquieſcamus de
hoc tepido ac miſerabili ſtatu perfectionem nobis
euangelicam pollicentes: ſed illorum ſectantes ve-
ſtigia circũuenire noſmetipſos minime ſtudeamꝰ.
⁊ ita monaſterij diſciplinã inſtitutionemqȝ pariter
expetamus:vt in veritate renuntiemus huic mun-
do:nihil ex ijs que contempſimus infidelitate nos
retrahente ſeruantes:quotidianum victum non re
condita pecunia ſed labore ꝓprio eleemoſynis aut
ſumptibus monaſterij cõquiramus.ferṫ.n. ſanctus
Baſilius cuidam dicto torpore torpenti dixiſſe:qui
quum renuntiaſſe ſe diceret huic mundo: quedã de

facultatibus

facultatibus ꝓpꝛis ſibimet reſeruauerat:nolẽs exer
citio ſuarum manuũ vel ſumptum cenobij ſuſtenta
ri.Et ſenatoꝛẽ inquit ſomnolente ꝑdidiſti ⁊ mona
chum non feciſti.Ad faciendam iſtã plenã renũtia-
tionem facit.lxxxvj.di.non ſatis.℣. Item dñs. ibi.
Sed relictis oĩbus in diſciplinã ſe propheticam da
ret.xij.q.j.c.ij.℣.omnis vero. ⁊ ℣. Ananias autẽ.c.
clericus.⁊.ca.quia tua.⁊.c.ſcimus.⁊.c.nolo.⁊.c.non
dicatis.⁊.c.expedit.ibi.oĩa ſua.⁊.c.certe.xiiij.q j.§.j.
⁊.j.q.iij.ſiquis.xvij.q.vltima.§.ſed notandum.Se-
cundo quidam etſi a principio perfecte renuntient:
deficiẽte feruoꝛe ad illud ſcilicet pecunias vel alias
facultates quas renuntiauerãt reuertunt̃. Hoꝛum
pꝛimogenitus fuit Judas ſcarioth Apl's: qui poſt
renuntiationem loculos cõpilabat: ⁊ fur erat ⁊ la-
tro. Jo.xij.xxiij.q.iiij.c.ij.⁊.iij.Cõtra tales facit.xvij.
q.iiij.ſunt qui opes.⁊.§.ſed notandum.⁊.§.fi. Ter
tio quidam qui erant in mundo paupes conuertũ-
tur:⁊ tepefacti in religione,maxime qꝛ ex eis aliqui
non ꝑꝑ deum ſed propter habendas expẽſas quas
non habent in mundo conuertunt̃: ẽt illud renũtia
uerunt:⁊ quod in mũdo non habebant, habere in
oꝛdine moliunt̃:pauperes in mundo,diuites in reli
gione.Et qui in mundo vix ẜm Hieronymum ru-
gientẽ ventrem pane ſiligineo aut de milio ſaturare
poterant nunc in religione ſimilaginem ⁊ mella fa
ſtidiunt.xij.q.ij.gloꝛia. Squallidi ⁊ famelici ⁊ nudi
in mundo,in oꝛdiue delicati,in Cantic. audite,im-
pinguati dilatati Deutero.xxxij.⁊.x.paribus ⁊ mu
tatoꝛijs veſtimentoꝝ ſicut Naamã ſyrus. iiij.Reg.
v.cooperti viuere moliuntur: humiliati in mũdo ⁊
incogniti,in oꝛdine exaltati:⁊ regibus ⁊ principibꝰ
familiares ⁊ cogniti.Hoꝝ Giezi ſeruulus paupercu
lus Heliſei pater eſt.q in gloꝛia ꝓphetie ſui dñi ſuc-
ceſſiſſet: niſi deceptus philargyria a Naaman ſyꝛo
curato de lepra a ſuo dño Heliſeo duo talenta ⁊ ve-
ſtimenta duplicia accepiſſet. ꝑꝑ qꝺ lepꝛa Namaan
ei ⁊ eum ſequentibus gieẓitis vẽdentibus ſacramẽ
toꝝ ⁊ beneficioꝝ grãm adheſit.iiij. Reg.v.j.q.j.ci-
to.⁊.c.qui ſtudet.⁊ legit̃ ⁊ no.ex̃ de ſimo.ſicut ꝑ cer
to.in fi.Contra tales religioſos Hieronymꝰ ad Ne
potianum loquens ironice ait. Sunt ditioꝛes mo-
nachi qꝫ antea fuerant ſeculares. poſſidebant opes
ſub chꝛiſto paupere quas ſub locuplete diabolo non
habuerunt. ⁊ ſuſpiret eos eccleſia diuites quos te-
nuit mundus ante mendicos.vñ experientia mani
feſta ꝓbat̃ digniores fructꝰ pnie agere magnos vi-
ros ⁊ diuites expropꝛiatos intrantes oꝛdinem: qꝫ
pauperes ⁊ mẽdicos.qꝛ purioꝛi intentione intrãt:
⁊ perfectius preſumunt̃ mundo renuntiare. ⁊ bo-
nũ vel malum pꝛincipium in huiuſmodi renuntia-
tionibus multum facit. quia vix bono exitu pera-
gunt̃:que malo ſunt pꝛincipio inchoata:⁊ econuer-
ſo.lxj.diſt.miramur.j.q.j.pꝛincipatus. De iſto tripli
ci genere religioſoꝝ ꝓprietarioꝝ loquitur. Jo.caſſi.
vij. li.de ſpũ philargyꝛie vt dictum eſt ſ̃. De talibꝰ
etiam loquitur Paphuntius in collatione de tribꝰ
abꝛenuntiationibus in libꝛo collatio. Jo. caſſi. di-
cẽs. Si ergo ij qui perfecte iſtas terrenas ⁊ viſibi-
les abdicant facultates: antiqua vitia retentantes
ad illã apl'icam charitatem quam deſcribit Apl'us.
j.ad Coꝝ.xiij.Silinguis hominũ ⁊c.⁊ de peni. diſ.
ij.§.euidenter ⁊c. peruenire nõ poſſunt: quid illi de
ſemetipſis iudicare poſſunt qui antiquas pecunia-
rum foꝛdes cum infidelitate pꝛiſtina retentantes,
nudo tm̃ ſibimet autumant monachoꝝ vocabulo
gloꝛiandum. De hoc etiam triplici genere auaritie
religioſoꝝ dicit Serapion in collatione ſua. de. viij.
pꝛincipalibus vitijs in libꝛo coll'a. Jo.caſſi. qꝙ phi-
largyꝛie.i. amoꝛis pecunie monachoꝝ tria ſunt ge-
nera. Pꝛimum qꝺ renuntiantes diuitijs ac faculta
tibus ſuis plene ſpoliari non ſinit. Secundum qꝺ
ea que ab eis diſperſa ſunt vel indigentibus diſtri-
buta:reſumere eos maioꝛi cupiditate ꝑſuadet.Ter-
tium qꝺ ea que nec antea quidem poſſiderant, deſi
derari acquiri ve cõpellit. Itẽ Nilus monachꝰ de.
viij.vitijs capitalibꝰ in.iiij.vitio de philargyꝛia ait.
Amor pecuniarum radix eſt oĩum maloꝝ. eſt.n.ido
loꝛum ſeruitus.Ephe.v.⁊ radix oĩum maloꝛũ.j.Ti
mo.vj.xlvij.di.bonoꝛũ.de pe.di.ij.§.ex premiſſis. ⁊
alit vt panes nequiſſimi ceteras paſſiones.Qui cu
pit abſcindere vitia:radicem abſcindat.manente.n.
auaritia nihil pꝛoficit.onuſtus monachus quaſi na
uis onuſta ⁊ in tempeſtate fluctuum. vij.q.j. ſciſcita
ris.i.tentationũ facile mergit̃.vt.n.cumulata nauis
per ſingulos vndarum ictus obꝛuit̃:ſic multa poſſi
dens ſolicitudinibus, nihil poſſidens monachus
viatoꝛ expeditus:⁊ in omni loco inueniens diuerſo
ꝛium:⁊ quaſi aquila ad celſitudinem peruolans.A-
po.iiij.ꝑs.Sicut aquila tunc deſcendit ad eſcã: qñ
cõpellit neceſſitas.multa poſſidens monachus cu-
ris ſecularibus pꝛepeditur:⁊ quemadmodũ canis,
catenis innectitur.⁊ ſi migrauerit:memoꝛiã eoꝛum
que reliquit,ſecum defert: ⁊ de onere grauiſſimo ⁊
põdere inutili dimiſſo ſtimulatur triſtitia. Si moꝛs
aduenerit: miſerabiliter relinquit pꝛeſentia. Mi-
grat anima:⁊ oculus eius nõ abſcedit a terrenis ne
gotijs:inuitus trahit̃:ſicut mancipium fugitiuũ. di
uidit̃ a coꝛpoꝛe: ⁊ a paſſionibus nequaqꝫ diuidit̃.
pꝛudens monachus coꝛpoꝛis neceſſitatem attẽdit:
⁊ non adulabitur ꝓpter voluptatem ventris diui-
tibus.neqꝫ in ſeruitutẽ rediget mentem liberam di
uitijs multis. ſufficiunt quippe manus eius ſubmi
niſtrare coꝛpuſculo.de cõſe.diſ.v.nunqꝫ.maledictus
qui facit ſimulacrum.j.q.j.cum omnis.⁊ collocat in
occulto: ſimiliter ⁊ qui habet auaritie paſſionem.
vterqꝫ adoꝛat qꝺ non pꝛodeſt ſimulacrum.huculqꝫ
Nilus. Item Climacus inclytus archimandrita
montis ſynai. Pauper monachus mundi dñs deo
ſui curam credens ⁊ ꝑ fidem oẽs poſſidens ſeruos.
Pauper vir in oꝛatione mũdus.Amans vero poſ-
ſidere imagines materie ⁊ delectationes cõcupiſcẽ-
tie adoꝛat ⁊ veneratur. Qui contriti in obedientia
ſedent:ab auaritia ſunt alieni.Ex quo.n. coꝛpꝰ tra-
diderunt ⁊ pꝛopꝛiam voluntatẽ.xij.q.j. nolo. ⁊.c.
non dicatis. quid de reliquo pꝛopꝛium poſſident?
Non appareamus infidelioꝛes volucribus o mona
chi.non.n.ſolicite ſunt ille:neqꝫ congregant. Mat.
vj.non deficiunt fluctus mari:neqꝫ auaro ira ⁊ tri-
ſtitia. Amatoꝛ poſſidendi, pꝛo acu vſqꝫ ad moꝛtem
pugnat.Non erat in Job veſtigium auaritie. hinc
oĩbus pꝛiuatus,imperturbatus manſit.Job.j.Om
niuꝫ maloꝝ radix auaritia dicit̃.j.Timo.vj.xlvij.di.
bonoꝝ.Nam furta ⁊ odia ⁊ inuidias ⁊ diſſenſiões
⁊ inimicitias ⁊ conturbationes ⁊ vltiones ⁊ me-
moꝛiam malitiaꝝ ⁊ incõpaſſiones ⁊ crudelitates ⁊
pꝛoditiones ⁊ homicidia ipſa facit.vna virtute oĩa
pꝛedicta pꝛeterita ⁊ pꝛeſentia vitia effugãtur.ipſaqꝫ
vocatus apꝛoſpachia.quod eſt nõ diligere aliqd vi-
tioſe.eandem vero parit guſtus dei experiẽtia, ⁊ ſci-
entia, ⁊ cura ſatiſfactionis exitus. Auarus euange-
lij. Matth.xix. ſubſannatoꝛ ⁊ voluntarius pꝛeua-

Monachoꝝ auaritiã inſectatur.

ricator. Qui poſſidet charitatē diſpergit pecuniā. j. Jo. iiij. Cum charitate ⁊ pecunia viuere, decipere ſe eſt. Uidi pauperes pecunijs ditatos in pauperū ſpū. Matth. v. ⁊ conuerſatione ⁊ alimento exhibitis. ⁊ prioris quidem ipſoꝝ penurie hi huiuſmodi ſunt obliti. vide ſupra eo. ℣. iij. Amator pecuniaruz monachus vt cōgreget nimis laborat: ⁊ vitādo otium. i. laborando auaritiā incurrit: quia ꝑꝑ hoc laborat. Qui vicit auaritiam: aut charitatē poſſidet: aut ſolicitudines recidit. hucuſq̃z Climacus in gradu. xvj. de victoria auaritie ⁊ celeſti curſu paupertatis. Jn vitis patrum. Quidā diues renuntiare volens. ſed tentus a cogitationibꝰ ſubito iactans oīa veſtimenta nudus cucurrit ad monaſteriuz. Et ait dñs vni ſeni. Surge ⁊ accipe athletam meuz. Et obuiauit ſenex illi nudo: ⁊ dedit ei habitum monachalem: ⁊ dicebat alijs fratribus venientibus ad eum ꝓ ſuis cogitationibus. De renuntiatione aūt hunc fratrē requirite: quia ego ad menſurā renuntiationis eius necdū perueni. Jtem ibidē. Quum quidā renuntiaſſet mundo: ⁊ partim ſua dediſſet pauperibus: ⁊ partim ſibi retinuiſſet: ⁊ veniſſet ad beatum Antonium: mandauit ei beatus Antonius ꝙ portaret carnes cū corpore nudo. quo id agente aues ⁊ canes tam corpus q̃z carnes vnguibus ⁊ dentibus lacerarunt. ⁊ dixit ei Antonius. Quicūq̃z renūtiāt ſeculo: ⁊ volunt habere pecunias: ſic a demonibus lacerant. Jtem quū parētes in teſtamento magnā hereditatem reliquiſſent ſancto Arſenio anachorite Romanorū olim nobiliſſimo: ⁊ teſtamentū ei allatum fuiſſet in Egyptū de Roma: ille rūpere voluit niſi portans caput quidem perdere timuiſſet. Et ait Arſenius. Ego ante illū huic ſeculo ſum mortuus. ⁊ noluit videre quid eſſet in teſtamento: ſed reddidit portitori. Jdem cuidā fratri volenti duos ſolidos retinere ꝓpter corporis infirmitatez, ſenex videns voluntatem eius dixit. Retine. Deinde ſenex ab eodem fratre ſtimulato in conſcientia de illis ſolidis reſpondit. Non eſt bonū tenere plus q̃z neceſſe eſt corpori. duo ergo ſolidi ſunt ſpes tua: ⁊ ſi contigerit vt pereant: nunquid deus nō cogitat de nobis? Pſ. liiij. Jacta ergo cogitationem tuā ſup dñm: qm ipſi. Sap. vj. Mat. vj. cura eſt de nobis. Jdem reſpondit Macharius Abbati Theodoro tres habenti codices ꝓ ſuo iuuamine ⁊ ad preſtandū alijs: Melius ē nihil habere. vñ. ⁊ dictus Theodorus vendidit eos: ⁊ precium dedit pauperibus. Jtem Serapion ſidonius ſolū euangeliū poſſidēs vendidit illud: ⁊ dedit pauperibus: dicēs illud verbum. Uenundaui qꝺ mihi ſemper dicebat. Matt. xix. Uende oīa que habes: ⁊ da pauperibus. Jtem quum quidā rogaret quēdā Abbatē recipere eleemoſynam noluit, dicens. Opera manuū mearū me paſcunt. pſ. cxxvij. Labores manuū tu. man. de cōſe. di. v. nunq̃z. Quū aūt perſiſteret diſtribuēs: vt ſaltem reciperet ⁊ pauperibus erogaret: reſpōdit. Dupliciter verecundia eſt mihi: quia non indigens ſuſcipio: ⁊ alienum ꝑhēs vaneglorie ſubiacebo. Dixit ſenex. Tribulatio ⁊ paupertas ſunt monachi ferramenta. Dicebat Abbas Paulus. Si plus q̃z neceſſe habet monachus in cella habeat: frequēter cogitur de cella egredi: ⁊ a demone decipi. Dixit ſenex fratri volenti aliqua congregare ꝓ ſenecta. Aut habe chriſtum: ⁊ cogitat de te: aut pecunias ne mendices. Ergo tuum eſt eligere deū vel māmona. Mat. vj. xiiij. q. v. §. Sed hoc dicebat Agathon diſcipulo ſuo. Ne tale aliquid acquiras qꝺ fratri petenti dare te pigeat: ⁊ per hoc, mandatum dei tranſgrediaris. Macharius iuuit furem q̄ apportabat que in cella habebat ad carricandum animal cum multa patiētia dicens. Nihil in hunc mundū intulimus. j. Timo. vj. Dñs dedit dñs abſtulit. Job. j. ⁊. ij. Quū quidam frater furaretur frequenter cuidam magno ſeni id qꝺ in cella habebat: ſenex ſciens. non illud arguebat: putans ꝙ neceſſe erat illi. habebat ergo ſenex magnam penuriam panis. quum aūt moreref: ⁊ videret illum fratrem furem: oſculatus eſt manus eius, dicens. Gratias ago manibus iſtis: quia ꝑꝑ eas arbitror me iturū in regnū celoꝝ. Fur aūt compunctus in hoc ſtrenuus monachus factus eſt ex actibus quos vidit in illo. Dicebat ſenex ꝙ Lazarꝰ ſolum quia cum gratiarum actione paupertatē portauit: ⁊ de diuite non murmurauit: in ſinu Abrae ſuſceptus eſt. Luce. xvj. Jdem dicebat ꝙ nihil oportebat cogitare niſi de timore dei: nec de corporali neceſſitate ante tempus. Matth. vj. Quia Zacharias abſente abbate Syluano ſuo ſepē deiecit: ⁊ fecit ortum maiorē. Regreſſus Syluanus ⁊ videns dilatatuz hortū voluit recedere: niſi ſepes in loco ſuo priori fuiſſet repoſita. Dixit ſenex fratri. Si preſtas alicui nūmos ſemel tantum repete ab eo: ⁊ ſi nihil dat: nihil ei dicas. Et ſi cogitatio tua tibi fuerit inopportuna ad repetendū dimitte eā crepare: tantūmodo fratrem tuum ne cōtriſtes: q̄ monachus es. Abbas Theodorus tria ſuper multos ſeruauit: ſcz nihil poſſidere, abſtinere, ⁊ homines fugere. Dixit Sincletica patriſſa. Perfectū bonū eſt nihil habere. ſicut. n. fortia veſtimenta duz calcantur: ⁊ pedibꝰ ſepius reuerſantur: incandidanf: ita fortis aīa ꝑ voluntariam paupertatē amplius confirmaf. Rogatus preſbyter eremi a quodā, vt aurū reciperet pro fratribus: reſpōdit. Nō opus habēt. Tūc ille poſuit ſportā cū pecunia in egreſſu eccleſie: quā nemo fratrū tetigit: ſed nec aliq̄ inſpexerunt. Senex veſtitus tm̄ ſacco lineo, intrans deſertū vidit ſub quadā petra viridem herbā ⁊ hominē nudū paſcentē: q̄ tentus fuit a ſene: ſed q̄ nudꝰ erat fugit ab eo. Quūq̃z ſenex clamans curreret poſt eū: dicēs, Expecta me: q̄ ꝓpter deū ſequor te. ille nudus reſpōdit. Et ego ꝓpter deū fugio te. Senex aūt vt eum pertingeret, proiecit a ſe ſaccū quo erat indutus. qꝺ quū vidiſſet ille: expectauit euz: ⁊ dixit ei. Quoniā proieciſti. materiam mundi a te: ⁊ ego te expectaui. Quidā obtulit cuidā ſeni pauperi pecuniam: dicēs. Habe pecuniam: quia ſenuiſti: ꝓ expenſis. Cui ille reſpōdit. Tu poſt. lxx. annos auferre mihi nutritore meū venis? Ecce multū tēporis habēs in infirmitatate mea nihil indigui: deo tribuente ⁊ paſcente me. ⁊ nō acqeuit accipere: dicēs, Ecce modicas palmulas habeo quas operor: ⁊ facio plectas ex eis: ⁊ manduco panem. Jterum iuerunt ad domū cuiuſdā vidue cum filijs ſuis: ⁊ quū pulſarent oſtium: cucurrit filia nuda ad oſtiū, mater vero, q̄ erat candidatrix: iuerat ad opus. ⁊ dabāt filie veſtimentū ⁊ nummos: ⁊ noluit accipere: dicens veniſſe matrem ſuam: ⁊ dixiſſe ſibi. Confide filia: q̄ voluit deus: ⁊ inuenio opꝰ qꝺ facio hodie vnde habeamus victuz noſtrū. Et quū veniſſet mater eius: rogabant eam vt acciperet aliquid: ⁊ noluit dicēs. Ego habeo nutritorem deum meum: ⁊ vos vultis eum tollere a me? Jlli aūt cognoſcentes fidem eius glorificauerunt deum. Jſta etiam duo proxima exēpla poſui ſupra in. §. ex quo

ſponſa.

ſponſa.in.c.li. ℣.venerunt.cũ.ver..ſeq. Serapion ſidonius dedit cuidam petenti amictũ ſuum: ⁊ alteri frigeſcẽti tunicã.⁊ ſic remanſit nudus.⁊ interrogãte quodam abbate, Quis te ſpoliauit? tenens euangelĳ librum ⁊ oſtendens ei reſpondit.iſte. Matth. xix.ibi.Uade ⁊ vende ⁊c.Quũ pauperes veniſſent ad quãdam ciuitatẽ pro agape eleemoſyna cõi. xlĳ. di.c.j.dormientibus alĳs erat quidam habẽs tantummodo mattam.i.ſtoreã de iuncis vel palmis cuius medietatẽ ſibi ſubſternebat: ⁊ medietate cooperiebaẗ:erat.n.tunc ibi frigus validũ.Et quum exĳſſet quidam frater ad vrinandum: audiuit ſubmurmurantẽ illum ⁊ gementẽ de frigore, ⁊ conſolabaẗ ſeipſum dicens.Gratias tibi ago dñe.quanti.n.ſunt modo diuites in cuſtodia:qui ẽt in ferro ſedent: aut pedes habent in ligno conſtrictos : quiq; vrinã ſuã libere non faciunt.ego aũt velut imperator ſum extendens pedes meos:⁊ vbi volo ambulo.Qđ verbũ audiẽs ille frater,narrauit alĳs: ⁊ edificati ſunt. Quidã frater de macria moriens.c. ſolidos dereliquit.Macharius Pambo Iſidorus ⁊ ceteri ſeniores patres ſancto loquente in eis ſpiritu,decreuerũt infodiendos eſſe cũ dño ſuo:dicẽtes, Pecunia tua tecum ſit in ꝑditionem. Acẗ.viĳ.j.q.j. qui ſtudet.c. eos.c.petrus . Ex quo tantus terror per totã Egyptum cũctos monachos inuaſit:vt vnũ ſolidum dimiſiſſe grande apud eos ſit crimen. Idẽ fecit beat⁹ Greg.de Iuſto monacho qui in morte tres aureos reliquit : quos ſecum ſepeliri fecit beatus Greg. vt narrat in lib.dialogoꝝ.⁊ ex̃ de ſta.mo. cum ad monaſteriũ.Narrat ẽt in.iiĳ.lib. dialogoꝝ de Iſaac de Syria:qui dicebat.Monachus q̃ in terra poſſeſſionem querit:monachus non eſt.ſic quippe metuebat paupertatis ſue ſecuritatẽ perdere:ſicut diuites auari ſolent perituras diuitias cuſtodire.Quia aũt religioſi approbatã religionẽ profitentes ꝓpriũ in ſpeciali aut peculium habere non poſſint : a primitiua eccleſia credentiũ ortum traxit: ⁊ deinde ab vniuerſali eccľia inſtitutũ eſt.ad hoc.xĳ.q.j.c. dilectiſſimis, c.quia tua.⁊.c.ſcimus.⁊.c.duo.c.nolo.c.non dicatis. xvĳ.q.j.ananias.xviĳ.q.j.c.j.⁊.q.ĳ.abbates.liiĳ.di. abbati.extra de of.or.quanto.de teſta. q: ingredientib⁹.de regu.ex parte.de.ſta.mo.c.ĳ.⁊.c. ſup quodã. ⁊.c.cũ ad monaſterium.j.rñ.⁊.§.fi.vbi de hoc. de accuſa.ex pte.⁊.c.olim.Et q: ꝓpriũ hr̃e non poſſunt in ſpeciali:ideo nec cõtract⁹ facere poſſunt ad veros dños ꝑtinentes ſuo noie:ſicut vẽdere,emere,donare,ꝑmutare,locare,conducere,teſtari,tranſigere,vel paciſci,alienare ſine licentia aliqd recipere.vt pre.c. abbati.℣. de hoc. ex̃ de reb.ec.alie.nulli.C. de epiſ.⁊ cleri.aut ĩgreſſi.xix.q.vlti.q: ĩgrediẽtib⁹.⁊ pre.c.nolo.⁊.c.nõ dicatis.Adde hic qđ ſcripſi de iſtis cõtractibus.j.in.§.offendunt.℣.⁊ q: vt ſepe.in.c.lxvj.

De regula ⁊ de declarationibus fratrum Minoꝝ. Quod clerici vſuarĳ ſunt non uſufructuarĳ . De ſandalĳs apoſtolorum ⁊c. Cap. 55.

Porro ois religio põt habere proprium in cõmuni.vt pre.c.dilectiſſimis.⁊.c.quia tua.cu; ſi. Excepta regula ⁊ ſtatu fratrum minorum: qui non poſſunt habere proprium: etiam in cõmuni.vnde in eoꝝ regula continetur.Fratres nihil ſibi appropriẽt:nec domum,nec locu;,nec aliquam rem ⁊c. Fratres dicit: Frẽs minores nihil habẽt proprĳ.

non frater.q.d. tota illa cõmunitas: non frater ſpecialis.q: de hoc non erat dubium : ſicut nec de alĳs religioſis qui non habent propriu; in ſpeciali.ſicut ſuperius eſt ꝓbatum proxime.in.§. pre.in fi. Quia aũt talem ſtatum elegerit beatus Franciſcus crucis chriſti ſignaculo inſignitus, ⁊ ab eccleſia multipliciter approbatus:patet primo per Greg.ix. qui fuit tempore beati Franciſci ſibi familiaris,⁊ in cõdendo ac regulam confirmãdo ſibi ſpecialiter adſtitit. vt ipſe teſtaẗ in declaratione regule: in qua ſic determinat dicens. Preterea quum in ipſa regula contineatur expreſſe ꝙ fratres nihil ſibi approprient : nec domum,nec locum,nec aliquam rem:ac ipſi proceſſu tẽporis contaminari timeant ordinis pauꝑtatẽ: preſertim quum iam dixerint aliqui ꝓprietatẽ mobilium pertinere ad totum ordinem in cõmuni:nobis fuit humiliter ſupplicatũ vt in hoc aiaꝝ digno ſceremur prouidere periculis ⁊ totius ordinis puritati. Dicimus itaque ꝙ nec in cõmuni nec in ſpeciali debent proprietatem habere: ſed vtenſilium ⁊ libroꝝ ⁊ eoꝝ mobilium que licet habere, ordo vſum habeat ⁊ fratres:ſm ꝙ generalis miniſter vel ꝓuinciales miniſtri diſponendum duxerint.his vtantur ſaluo locoꝝ ⁊ domoꝝ dominio illis ad quos noſciẗ pertinere.hec Greg.nonus. qui in eadẽ declaratione dicit ſe ex familiaritate ſpeciali q̃; habuit cũ beato Franciſco noſſe eius intentionem. Item Innocentius quartus ⁊ Alexander quartus:vt dñs.Io. papa.xxĳ.recitat in ſua conſtitutione, quia quorundam.in ſuis declarationibus ſic definierunt. Dicimus inſuper ꝙ quũ in ipſa regula cõtineaẗ expreſſe ꝙ fratres nihil ſibi approprient:nec domum,nec locum, nec aliquã rem: ꝙ nec in cõi nec in ſpeciali debent proprietatem habere. ſed locoꝝ ⁊ domoru; ac vtẽſilum libroꝝ ⁊ eoꝝ que licet habere:ordo vſu; habeat ⁊ fratres: ſm ꝙ generalis miniſter ⁊ prouinciales miniſtri ordinandum duxerint his vtantur. Item Nicolaus tertius in ſua declaratione que ponitur extra de ver.ſig. exĳt.§.verũ.lib.vj. ſic definit dicens.Uerum condecens fuit ei profeſſioni q̃ ſponte deuouit chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari:oium abdicare dñium: ⁊ reꝝ ſibi conceſſarũ neceſſario vſu eſſe contentã.nec per hoc ꝙ ꝓprietatem vſus.⁊ reꝝ cuiuſcũq; dñium a ſe abdicaſſe videtur:ſimplici vſui ois rei renuntiaſſe conuincitur.Et infra nihilominus dicit ſic ad hec.Quu; frẽs nihil ſibi in ſpeciali acquirere vel eorum ordini poſſint: etiam in cõmuni. Itẽ Clemens quintus in ſua declaratione in Uiennenſi concilio edita . ⁊ inter clementinas poſita.exiui de paradiſo extra de ver.ſig. ſic dicit. Proinde quũ vir ſanctus pauꝑtatis ꝓmiſſe in regula modũ exprimens dixit in eadẽ.Frẽs nihil ſibi approprient: nec domũ, nec locũ,nec aliquã rẽ:ſed tãq; aduene ⁊ peregrini in hoc ſeculo, in paupertate, ⁊ humilitate dño famulantes: vadant pro eleemoſyna cõfidẽter. ſicq; declaratũ ꝑ nonnullos p̃ceſſores noſtros Romanos pontifices,hãc expropriationẽ ĩtelligi debere tã in ſpãli q̃; in cõi . ꝑꝑ qđ ⁊ reꝝ oium conceſſaꝝ ⁊ oblataꝝ ⁊ douataꝝ fratribus,quas ⁊ quaꝝ vſum fratri.ſ.ordini vel ipſis fratribus licet habere:proprietatẽ ⁊ dñiũ in ſe ⁊ Romanam eccleſiã receperuut: dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſimplici.Eccleſia etiã declarauit in decre.pre.exĳt.§. Porro iſtũ fuiſſe ſtatũ chriſti viã perfectionis rradentis ⁊ ſuoꝝ apoſtoloru;. Nec eſt etiam illa altiſſima paupertas de qua

beatus Franciſcus loquitur in regula. Nihil.n.tã propriũ veri ꝛ euãgelici pauperis: ꝙ nihil ꝓprium nec ſingulatim nec cõiter poſſidere. ꝛ huic portio,ſicut dicit Ambroſius,de⁹ eſt.xij.q.j.cui portio.ꝛ habẽs talis victũ ꝛ veſtitũ,ad ſuũ vſuz his cõtent⁹ eſt nudã crucẽ nudus ſequẽs.xij.q.j. clericus.ꝛ.c. duo. ꝛ.q.ij.gloria.x.q.ij.eps. Apl'i.n. poſt apoſtolatuz,ꝛ ꝑcepto eis dato a dño de non habendo es in zonis ꝛ argentũ ꝛ aurum, ꝛ vt ederent q̃ apud illos erãt vbi ꝑdicabant: ꝓprium non habuerunt. vt probaꝛ pre.c.dilectiſſimis.ꝛ no.xij.q.j.vidẽtes.ꝛ.xvj.q.j.ex authoritate.ꝛ.xvij.q.iiij.§.notãdũ.i gloſ.tito ꝛ eugenio. Et ſup illo ṽbo, Accepit eam diſcipulus in ſuã Jo.xix.dicit magr̃ in hiſtoria ſcho ſup verbo ſuam. quaſi ſuam habens matrẽ. vel in ſuã vel in cõmunione rerũ ſuarũ.tñ nihil credit' habuiſſe ꝓpriũ. ſed quum eſſet beata virgo cũ Apl'is: iſte ſpecialẽ curã eius habebat.hucuſq; hiſtoria ſcho. quũ ipſa mater chriſti nihil ẽt penit⁹ haberet:ſicut ait Chry xxvij. q.ij.ſi.n. Jtẽ ſup illud Act.iij. Argentũ ꝛ auꝝ nõ eſt mihi.magiſter in hiſtoria ſcho.ſic ait. Non erat ſuũ qꝺ reſeruabat in vſus pauperũ: qui reliquerant patrimonia ſua proijcientes oĩa ante pedes apoſtoloꝝ. Si.n.clerici in rebus eccleſie vſuarijs ꝛ non proprie vſufructuarijs cõparant'. de hoc ſupra.in.§.vlt. hic quero.c.xxix.vt legit' ꝛ no.xij.q.j. res eccleſie.ꝛ. c.eps eccleſiaſticaꝝ. ꝛ ex̃ de pecu. cleri.c.vlt. ꝛ extra de teſta.quia nos.gloſ.clerici.ꝛ de pig.c. vlti.in gloſ. vſufructus.multo potius religioſi vſu nudo vtunt' abſq; proprietate ꝛ dominio.vt no.xij.q.j. dilectiſſimis.in gloſ.ergo aliquis.ꝛ.c.non dicatis. in gloſ.nũquid.quo vſu in veteri teſtamento vtebant' ſacerdotes ꝛ leuite in ſacrificijs ꝛ oblationibus.dñs.n.ſpeciale dñium retinuit ſacrificiũ ꝛ oblationẽ rerũ eccleſiaſticarũ.j.q.iij.ſaluatoꝝ. ꝛ no.xij.q.j. expedit. ṽ. hoc tenet Hug. ꝛ Uin. ꝛ Arci.idẽ. Uñ Deut'.xviij. ſcribitur. Nõ habebunt ſacerdotes ꝛ leuite ꝛ q de eadẽ ſunt tribu partẽ cũ reliquo populo:quia ſacrificia dñi ꝛ oblationes eius comedunt.ꝛ Eccli.xlv.de ſacerdotibus dicit'. Sacrificia dñi edent q̃ dedit illi ꝛ ſemini eius. Ex qbus patet ꝙ dñiũ ſpeciale ꝛ proprietatis ſacrificioꝝ ꝛ oblationũ fuit dñi: ꝛ non miniſtroꝝ:licet vſus eſſet ipſoꝝ. Quia ſacrificia inquit dñi:ꝛ non ſua. ꝛ oblationes inquit eius nõ ſuas comedunt. Uñ ꝛ ſoli mares ꝛ in ſanctuario ſolo poterant comedere ea:ꝛ nihil aliud de eis poterant facere.vt ptꝫ Numeroꝝ.xviij.c.ꝛ Mat.xij. Et licet oĩa generaliter quoad generale dñiuz ſint dei:qꝛ dñi eſt terra ꝛ plenitudo eius.pſ.xxiij.diſt.viij.quo iure.tñ ſacrificia ꝛ oblationes ſpecialiter quoad ſpeciale dominiũ ꝛ immediatũ,fuerunt dei: inquantũ deus ipſa ſibi ſpecialiter retinuit ꝛ reſeruauit in ſignũ ꝓprij ꝛ immediati dominij.ad hoc faciunt optime.xvj.q.j.qm̃.ibi. Jn vſu tranſierint monachoꝝ.xij.q.j. qui abſtulerit.ibi.chriſti pecunias. ꝛ.c. nulli.ibi. ſanctũ ſanctoꝝ.gloſ.i.ad vſum ſanctoꝝ ſacerdotũ ꝑtinet.ꝛ xxiij.q.vij.qꝺ aũt.ibi.q̃ habebãt.gloſ. nõ intelligas iure dominij.ꝛ ibi.ſed noſtra.gloſ.i.ad ſeruandũ nobis data.xvj.q.vij. oẽs decime.ibi.dñi.ſunt.ex̃ de deci.tua nobis.ibi. Quas dñs in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi ꝑcepit:ſuas eſſe decimas ꝛ primitias aſſeuerãs.extra de ꝑben.cũ ſm̃.ibi.de patrimonio Jeſu chriſti. ꝛ de ver.ſig. cauſam carpẽti.vbi de hoc tenet Ber. ꝛ ex̃ de elec.cũ ex eo.§. ꝑinde.ibi.de chriſti patrimonio ſublimatis. vbi hoc tenet. Joã. an.facit etiã.xvj.q.j.in canonibus.ꝛ.c. reuertimini.

ibi.qꝛ fraudaſtis me parte mea. Habuerunt etiam apl'i poſt apoſtolatũ vſum cõceſſum abſq; ꝓprietate ꝛ dominio: qualẽ habent pauperes a dñis inuitati ſeu vocati ad ſuas menſas. diuites.n.inuitãtes non concedunt cõiter omne dñium ꝓprium ꝛ immediatum qꝺ habent alimentoꝝ appoſitoꝝ: qm̃ vt plurimum non concedunt eis poteſtatẽ nec dñium ipſa diſtrahendi alienandi ꝛ aſportandi: ſed tm̃ edendi ꝛ bibendi. qꝺ tñ dñium ipſi diuites immediate habent in eis: ꝛ pauperes inuitati ſolũ vſum nudũ cõceſſum quũ comedunt ꝛ cõſumunt. ꝛ de iſto vſu nudo qꝺ põt ſeparari a dominio loquit' preal.c. dilectiſſimis.ibi.cõmunis vſus ꝛ.c.Act.iiij.ibi. Nec quiſq; eoꝝ aut noſtrum de his q̃ poſſidebant aliquid ſuuz eſſe dicebat. Sicut.n.ſm̃ Aug.j. de doctrina chriſtiana.abuſus eſt illicitus vſus:ita vſus acceptus cõiter erit licitus vſus: ꝑ locũ a contrario ſenſu:quo chriſtus vſus eſt. Mat.v.de dilectiõe amici, ꝛ odio ſm̃.l.inimici.ꝛ extra de his que fi.a prela.cũ in apoſtolica.vbi de hoc. Si.n.licitus vſus non eſt ꝓprie vſus: illicitus vſus non eſt ꝓprie abuſus. ꝑ locũ a contrario. qꝛ cuilibet ſpeciei proprie vſus, correſpondet ex oppoſito aliqua ſpecies ꝓpria abuſus.vſus aũt. illicitus in quacũq; materia eſt ꝓprie abuſus.extra de elec.qꝺ ſicut.§.j.ibi.abuſiue. ꝛ vſus licitus in quacũq; materia eſt ꝓprie vſus. ad qꝺ bene facit qꝺ legit' ꝛ no.xij.q.j.duo ſunt.ibi.ſed non niſi ad vſuz. ꝛ in fi.gloſ.q̃ icipit,ꝓhibet'.ibi. ꝛ dic nõ niſi ad vſuz.i. nõ abuſum. De quadruplici ſpecie vſus, no.xxxij. q.j nõ.n.gloſ.j. Et adde hic qꝺ ſcripſi.j.in.§. rurſus ad finẽ. ṽ. Jtẽ de ſeparatione.in.c.lvj. Jtẽ ſicut religioſi habentes ꝓpriũ in cõi,habent vſum ſeparatũ a ꝓprietate:ꝛ poſſunt cõſumere bona ẽt vſu cõſumptibilia:non vt ꝓpria ſua, ſed vt ꝓpria cõitatis illi⁹ vbi ſunt.vt pre.c.dilectiſſimis.ꝛ vt frẽs minores poſſunt habere vſum quẽlibet ſeparatũ a proprietate: cui⁹ proprietas Romane eccleſie erat olim: ꝛ nunc dantiũ:ꝑꝑ extrauagantẽ ꝙ fecit papa Jo.xxij.contra frẽs minores.q̃ incipit,ad conditorẽ.ex quo ſm̃ eccleſiã nõ poſſunt habere ẽt propriũ in cõi. vt pre. c.cxxiij.ꝛ.c.cxiiij.ſic ꝛ apl'i habuerũt vſuz ſeparatũ a ꝓprietate q̃ erat eccleſie primitiue.vt pre.c.dilectiſſimis. Sicut ẽt filiuſfamilias habet vſum ſeparatum a ꝓprietate q̃ eſt patris in peculio profectitio. ff. de acqui.poſ.l.qcquid.ꝛ.l.j.§. Jtẽ acquirimus.ff. de regu.iur. filiuſfamilias.ꝛ ſeruus a proprietate q̃ eſt domini:qꝛ veſtis ꝙ habet de peculio dñi eſt.ff.de peculio.illud veſtimentũ. ꝛ ſeruus nõ poſſidet ea q̃ ſunt in peculio.ff.de acqui.poſ.ſeruus.ꝛ no. de hoc.xij.q. j.non dicatis.in gloſ.nũquid. Sicut ergo paterfamilias eſt ꝑſona cõmunis in domo: ꝛ dñs eſt perſona cõmunis in dñio.xxiij.q.iiij.duo. ꝛ filiuſfamilias ꝛ ſeruus vtunt' rebus eoꝝ: ſic ꝛ apl'i ꝛ frẽs minores (vt dictum eſt) vtunt' rebus eccleſie generalis.ꝛ tñ licet vtatur quilibet apl's vel frater minoꝛ rebus eccleſie generalis:vel alius religioſus rebus ſue communitatis ſpecialis: non propterea in vſu rei illius proprietarius eſt:nec in re illa ꝙ potius detentat ꝙ poſſidet.vt no.pre.c.dilectiſſimis.qꝛ qꝺ vniuerſitatis eſt vel cõmunitatis: illud nõ eſt cuiuſlibet.xij.q. ij.q manumittit'.ꝛ no.xij.q.j.§.fi.in gloſ. falſuz dicit. ꝛ in textu.ibi.cũ.de cõmuni nullus dicat hoc meuz eſt.ꝛ.c.ad hoc op. ꝙ magis dicit' meũ qꝺ ꝑ probitatem meam queſiui:ꝙ qꝺ per anteceſſores meos habui.legit' ꝛ no.ff.de capti.l.ſi qs i bello. Et dicit lex. Cũ dicimus ſuũ vel ipſius: dño damus actionẽ. ꝛ

cum

cum dicimus in alterius locum: de dño intelligen-
dum eſt.ff.de relig.l.ij.§.in locũ.⁊ no.de poſtu.pre.c.
j.in gloſ.bona. Non obſtat. Act.xij. qđ dixit angel⁹
ad Petrũ.Calcia te caligas tuas.⁊ qđ dixit.Circũ
da tibi veſtimentũ tuum ⁊c.qꝛ in ſcriptura ſepe dici
tur aliqd alicuius, non quoad dñiuʒ ⁊ proprietatẽ:
ſed quoad officiũ cõmoditatis ⁊ neceſſitatis.ſicut ẽ
illud.j.Reg.xx.Apparuit vacuus locus Dauid. qui
locus non dicebaꝛ Dauid quantũ ad dñium ꝓprie
tatis:qꝛ quoad dñium erat Saulis: eo ꝙ in menſa
regis Saulis haberet ſpecialẽ locum in ſedendo ſi-
bi deputatũ.Sic eſt illud Mat.xxvij.de cruce ſalua
toris. Angariauerunt quẽdam vt tolleret crucẽ ei⁹
ſcʒ chriſti. q̃ crux non dicebaꝛ in ſpeciali chriſti quã
tum ad dñium ꝓprietatis.ſed quoad ſuppliciũ paſ-
ſionis ⁊ officiũ redẽptionis. Sic ⁊ calige ⁊ veſtimẽ
tum Petri dicebanꝛ eius ab angelo:nõ quoad do-
minium ꝓprietatis:ſed quoad officium neceſſitatis
corporalis ſeu vſum neceſſitatis. Item facit pro iſta
ſeparatione vſus a proprietate in cõſumptibilibus.
Luc.xix.ibi.Quare nõ dediſti pecuniã meã ad mẽ-
ſam:⁊ ego cũ vſuris exegiſſem eam:ex quo videꝛ ꝙ
ſeruus habuit vſum pecunie: ⁊ dñs dñium:⁊ tñ pe-
cunia cõputaꝛ inter ea q̃ vſu conſumunꝛ.legiꝛ ⁊ no.
extra de pig.c.vlti. Itẽ facit ad hoc illud Aug. in li.
de q̃ſtionib⁹ euangelij:⁊ poniꝛ in gloſ.or.ad Rom.
viij.c.Omnia veſtra ſunt:non dñio ſed vſu.ſicut res
dñi famuloꝝ ſunt:non dominij poteſtate: ſed vtẽdi
facultate: qua vtunꝛ eis ad victũ aut ornamentum
aut aliud hmõi.hec.gloſ.accepta ab Aug. Itẽ ſup il
lud ad Phil.vlti.c.Miſiſtis mihi in vſuʒ. gloſ.or.
ꝓter que nihil in rebus querenduʒ eſt. Item Hiero.
ad Nepotianũ dicit ꝙ chriſtus alieno cibo vtebaꝛ.
Item.Greg.in homi.ſup euangelia, parte.ij. Ad ſe
venientib⁹ dñs ꝓcipit vt renuntiemus noſtris: qꝛ
qui ad fidei agonem venimus,luctamen cõtra ma-
lignos ſpũs ſuminius. nihil aũt proprium maligni
ſpũs in hoc mundo poſſidẽt.nudi ergo cũ nudo lu-
ctari debemus:quia ſi veſtitus quis cũ nudo lucteꝛ:
citius ad terram deijcitur:qꝛ habet vñ teneaꝛ.quid
enim ſunt terrena oĩa: niſi quedã corporis indumẽ
ta:qui ergo ad certamẽ ꝑperat: veſtimẽta abijciat:
ne ſuccumbat. hec Greg. Quia poſſit obijci de. c.
Melchiadis pape.xij.q.j.futuram.ꝙ apl̃i non ſunt
adepti predia in Judea:qꝛ futurã eccleſiã in gẽtib⁹
preuidebant: ergo ea habere poterant. non ſequiꝛ.
qꝛ Melchiades intelligit ꝙ apl̃i non ſunt adepti
predia ꝓ eccleſia ipſa q̃ʒ ꝓuiderunt futurã in genti-
bus: non pro ſeipſis. qꝛ apl̃i ꝓ ſeipſis nõ plus ſunt
adepti predia in gentibus q̃ʒ in Judea.ſed nec illa
fuit cauſa principalis ⁊ vniuerſalis:ſed particularis
⁊ acceſſoria.Quia rõ principalis ⁊ literalis fuit: vt
ſolis vite neceſſarijs alimentis.ſ. ⁊ tegumentis con
tenti.j.ad Tim.vj.xij.q.j.ep̃s. deo liberius vacarẽt:
euangelio expeditius inſtarent: mundo exẽplarius
coruſcarent:⁊ vniuerſoꝝ neceſſitatibus promptius
miniſtrarent atqꝫ prouiderent. q̃ quadruplex ratio
tangiꝛ in textu. Ut deo liberius vacarẽt,⁊ ꝑfectius:
⁊ euangelio epeditius inſtarent. ideo ſcribiꝛ Act.ij.
c.de illa multitudine. Erant aũt ꝑſeuerantes in do-
ctrina apoſtoloꝝ ⁊ cõmunicatiõe fractionis panis
⁊ orationibus. Ut mundo exẽplarius coruſcarẽt.
ideo ſcribitur ibidẽ. Fiebat aũt omni anime timor:
⁊ metus magnus erat in vniuerſis. Iſta triplex ra-
tio tangiꝛ ſimul in fine eiuſdẽ.c.vbi ſcribitur. Quo
tidie quoqꝫ perdurantes vnanimiter in templo ⁊
frangentes panes circa domos ſumebant cibũ cuʒ
exultatione ⁊ ſimplicitate cordis,collaudãtes deuʒ
⁊ habentes gratiã ad oẽm plebem. Quarta ratio:
vt vniuerſoꝝ neceſſitatibus promptius miniſtra-
rent. tangitur Act.iiij.c. vbi ſcribitur ꝙ nec quiſq̃ʒ
erat egens inter eos:⁊ ꝙ vnicuiqꝫ ꝓuidebatur pro-
ut opus erat. He fuerũt principales cauſe quare a-
poſtoli pro multitudine credentiũ in iudea non fue
runt adepti predia. Non dicit ergo Melchiades
ꝙ apoſtoli pro ſeipſis non ſunt adepti predia in iu-
dea: qꝛ preuidebant ſeipſos tranſituros ad gentes:
ſed ꝙ non ſunt adepti predia in Judea qꝛ preuide-
bant eccleſiam futuram in gentibus. Non eſt ergo
verũ ſalua reuerentia ꝙ apoſtoli in Judea licite po
tuerunt pro ſeipſis recipere predia.quia vt ſcribitur
Matth.xix.Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vẽde oĩa
que habes:⁊ da pauperibus.qđ de predijs inter a-
lia neceſſe eſt intelligi: vt ptʒ manifeſte ex textu vbi
ſcribitur de illo iuuene ꝙ erat multas habens poſ-
ſeſſiones. Quinta ſtante apice apoſtolice perfectio-
nis,apoſtoli nõ poterant pro ſemetipſis in ſpeciali
nec in cõmuni quantum ad ipſoꝝ cõmunitatẽ pro-
priam, predia recipere nec retinere in Judea nec in
gentibus. qꝛ ſi vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oĩa
que habes:⁊ da pauperibus.⁊ nõ retineas tibi,nec
portes ad me,inquit:ſed da pauperibus. ⁊ ita cau-
ſa preciſa ſm̃ euangeliſtam quare apoſtoli non rece
perunt pro ſeipſis predia in Judea: fuit qꝛ poſſeſſio
⁊ proprietas predioꝝ non ſtabat cum apice apl̃ice
perfectionis. Item apl̃s Paulus qui fuit principa
liter ad gentes miſſus:⁊ non ad Judeos:vt ipſe te
ſtatur ad Gal.j. ſcribens Timotho.j. ad Timo. vj.
ait. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur,his cõ-
tenti ſimus.xxiij.q.j.§.his ita.v. ad hec callida.xij.
q.j.ep̃s. Hec ergo ſufficiẽtia apoſtolica ⁊ limes apo-
ſtolice ꝑfectionis pro ſe ⁊ ꝓ ſuis ꝑfecte ſectatorib⁹
fuit eſſe contentum victu ⁊ veſtitu:que vſu cõſumũ
tur:⁊ nihil vltra querere.qꝛ habentes inquit alimẽ
ta ⁊ quibus tegamur his contenti ſumus.⁊ ita re-
cipere predia ⁊ ipſa tenere non ſtat cum apoſtolica
perfectione. Itẽ quum Petrus dixit in ſua ⁊ oĩum
apoſtoloꝝ perſona. Ecce nos reliquim⁹ oĩa Mat.
xix. ſi poſt talem relictionem vniuerſalem maxime
rerum immobilium,predia habuiſſent:manum ad
aratrum poſuiſſent primo: ⁊ poſtmodũ retro aſpe-
xiſſent:⁊ regno dei apti non fuiſſent. Luc.ix. vñ ſup
Ezech. j.c. ſup verbo illo Pennata aĩalia minime
reuertuntur quũ incedunt: Greg.dicit. qꝛ p̃dicato-
res ſancti ſic a terrenis actib⁹ ad ſpũalia tranſeunt:
vt ad ea que reliquerant vlterius nullatenus reuer
